Quoniam supra dictum est de generatione equi, nunc est de ipsius educatione et doctrinatione dicendum. Cum ergo pulli nati fuerint, manu tangendi non sunt, quia eos lœdit tactus assiduus. A frigore, quantum ratio patitur, defendantur, ut non frigoris algore torpescant. Similiter a nimio calore aut ingenti æstu non æstuent, unde congrua loca utrique tempori eligenda sunt, [*videlicet*] *tempore frigido, stabulis calidis: tempore calido frigidis et umbrosis locis locandi sunt. Nunquam a matre separentur, ne famem aut*

forte che lo viaio de lu planu, ca etiamdeu rendesse pre usu forte ala fatiga, cha descendere è plu forte che l'andare per lu planu, ca l'asivilitia d'ascendere e sallire se infurma ala fatiga cull'opera. Le ganme etiamdeu e li pede plu forte et plu grosse et plu duri se rende, cha dala fatiga fase maiore atractione de notrimentu ale membra fatigante, e la natura tuctavia intende alu defectu dele menbra, ale quale ene plu necessariu. Unne, concesia cosa che le ganme e li pedi plu che l'altri membra fatiga, la natura manna la nutricamentu affortigare ad acrescere ille, che sia plu sustenente de fatiga, et perçò le ganme grosse in de l'ossa et li piede e dell'unge fanse plu duri. Bona cosa ene adunca che li pullitri useno operatione assidua, dum mentra che stannu 'n armentu, tale quale ad illi pare che se convegnia, chè illu non se fatigue plu che lu soe volere, voi plu che lu soe potere, ma brevemente anandu.

Cap. XVIII. — **Dela notrictione deli pullitri poichè so' grandi.**

Ca supradictu ene dela generatione delu cavallu, mu ene da dicere dela notricatione e dela doctrina delu cavallu. Poiche li pullitri so nati non se devenu toccare çun manu, ca lu tuccare assiduu gle noce; e la rasione vole che quantu se po' defendere dalu fredu se defenda, chè illi non pigrisca per fregedetate de fredu. Simigliantemente per troppu callu et in gran sbuliantamento de callu no' se scalle. Ma so' da eleiere convenevole locura in dell'unu et in dell'altro tenpu. Cioene in delo tenpu

sitim patiantur. Matres vero semper bonis pascuis et herbis sufficientibus nutriantur, ut copiosi lactis robur pullis infundant, et pulli pro velle sugendi lactis habeant facultatem.

Cap. XIX. — De educatione adultorum.

Cum autem magis pulli adulti fuerint, leviter manu tangantur, ut mitius tacti, cum domari debuerint, ex tactus assuefactione mitiores in domando inveniantur: similiter et in ferrando. Ducantur post matres frequenter per montuosa et petrosa loca propter causam superius dictam, nec separentur a matribus donec compleant duos annos, sed eas continue sequantur per bona pascua et congrua loca. Post biennium debent a matribus separari, quia in tali ætate jam incipiunt naturaliter ad coitum stimulari. Unde si matres in antea sequerentur, et ob delectationem coitus cum matribus, vel aliis coirent, deteriorarentur de levi, et in aliqua parte corporis possent faciliter lædi. Si tamen equus usque ad ætatem trium annorum libertatem haberet per bona et sufficientia pascua sine societate iumentorum, melius et salubrius foret sibi, quia per campos discurrendo, propter aerem et libertatem animi quam habet, equus efficeretur in corpore et membris senior: specialiter autem crura ab omni macula munda et per omnia meliora habebit.

frigidu in locora callide, en in delu tenpu caledu, in de locura frigede li pullitri so' d' allocare. Et non se partano dala mamma, et non sosteniano nè fame nè sete le mamme; tuctavìa se notriche de bone erbe et sufficiente, che ille deanu ali soi pullitri forteza de copiosu latte, e li pollitri aianu facultate per volere sucare lu lacte.

Cap. XIX. — In che modu se deve allazare li cavalli.

Quandu li pullitri sarà plu crescuti, ligieramente se toche cola manu, chè, plu humilimente toccate, concesia cosa che illi se deianu domare, per l' afactione de suave tuctatu illi se trove plu umile a domandu. Simigliantemente in delo ferrare. Et sia menate pele mane spessamente per locura muntuosa et pretuse per la cascione supradecta. Et non se partanu dale mamme fine a tantu che illi conpliscanu dui anni. Ma illi continuamente sequete ille per bone pascue, et per convenevole locura. De dui anni se devenu partire dale mamme, cha ia le comenza a recercare la voluntate delu cuprire. Unne se nanti che dui anni per delectatione cule mamme voi con altri spesseiasse et cuprisse ille, illi deventanu peiore ligeramente, et in alcuna parle de lu corpu legieramente pocterà avere lesione. Tame se lu cavallu usque ad etate de tre anni per bene e sufitiente pascue habesse libertate senza compangìa de iumente, megliu furria et plu salvamente fora ad illu; ca per le canpe descorrendu per l'aire et per la libertate dell'animu, lo quale ane lu cavallu, sarrà factu plu sanu in delu corpu et in dele menbra, e spitialmente le ganme averà mun-

Cap. XX. — Quomodo et quo tempore laqueari debent Equi qui educantur de armento.

Postquam ad etatem pervenerint equi qua domari debent, et a matribus separari, pulli, qui ex armento ducuntur, debent levius, et suavius laqueari laqueo grosso et forti decenter de lana vel de crinibus jumentorum composito: quia lana propter suam mollitiem habilior est ad hoc quam linum vel canapum. Laqueatur Equus recenti, vel frigido tempore. Credo tamen utilius et melius esse, quod laqueetur in principio Maii, quia tunc temporis consueverunt pulli esse pinguiores, et propter herbas, quas comederunt in vere, sunt purgati, et mundi ab omni corruptione vel calefactione, quam haberent in corpore. Praeterea, inveniuntur tunc temporis herbæ recentes, quæ competunt valde pullis. Non laqueetur pullus tempore nimis calido, quia, ex insueta captione nimis æstuando laboraret, unde leviter posset membrorum et corporis incurrere læsionem. Eo autem capto, ut dictum est, impositoque sibi capistro de canabe cum capuzolo de corio, ducatur frequenter ad aquam et per terram ad societatem alicuius equi domiti, donec assuescat bene ire; postmodum solus ducatur donec assuescat bene ire sine societate: postmodum ducatur per terram et aquam cum freno in ore, deinde cum sella.

de da onne macula, et per onne cosa l'averà megliore.

Cap. — XX. In che modu se deve dumare li cavalli.

Dapoichè pervenerannu ad etate li cavalli che se deianu partire dale manme et devese domare li pullitri che se menanu del' armentu, devese ligieramente allazare de laccio grosso et forte, convenevelemente factu de lana, voi de pelu de cavalli. Cha lana per la mulleza e plu asivele a ciò che lu linu, voi la cannova. Allaccise lu cavalln in recente, voi in fregedu tenpu. E credu tame megliu et plu utile essere che illi s' allacce in delu principiu de maio, ca in quellu tenpu sole li pullitri essere plu grassi, et per la erba, la quale manduca in dela primavera, so' purgati et mundi da onne corretione e calefactione la quale annu in delu corpu. Ancora se trova in quellu tempu le herbe recente, le quale se convene troppu ali pullitri. None allacce lu pulletru in tempu troppu callu, ca per l' accustumatu pigliare troppu scallannu fatigarà. Unne ligieramente poterà incorrere illisione dele menbra delu corpu. Ma poiche lu cavallu ene pilliatu e messegle lu capestru de cannova con capezolu de coiru, menese spessamente all' acqua et per terra a cumpagnìa de alcunu cavallu dumatu, fine actantu che se accustume de bene gire. Et da poi se mene sulu, fine actantu che se acustume de bene gire senza compagnìa. Poi se mene per la terra all' acqua culu frenu in bocca, et poi se mene cola sella.

Cap. XXI. — Quo tempore domari debent [pulli].

Pulli domari possunt postquam ad ætatem duorum annorum pervenerint. Sed longe melius et utilius est, quod domentur postquam ætatem trium annorum exegerint, quia in tali ætate perfecti sunt membris et corpore ut domari possint. Sunt enim robusti membris, valentes sustinere labores. Ultra vero hanc ætatem, licet difficile sit domare, tamen, ut fertur, Fredericus imperator nunquam equos pro sua persona faciebat domari nisi essent quatuor annorum, et dicebat quod ex hoc equi erant saniores et fortiores, et ex hoc equi habebant tibias et iuncturas magis mundas et siccas, nec poterant ex tunc habere gallas.

Cap. XXII. — Quomodo et qua cautela domari debent Equi.

Quando vero debet domari pullus, diligens debet adhiberi cautela, videlicet quod equus ad præsepium binis capistris alligetur, et hoc taliter fiat, quod propter suam indomitionem a dictis capistris in cruribus aliqualiter non lædatur: et donec in sua færocitate permanserit, suo simili domito societur, quia tutius et securius poterit ad eum accessus haberi. Et sæpe sæpius leviter et suaviter manu pedes, et tibiæ, et alia membra tangatur. Nec debet in principio circa eum homo graviter indignari, ne forte, propter hoc, aliquod vitium indecens assumat, sed cum magna perseverantia lenitatis et mansuetudinis tangatur, donec mansuetus, et bene domitus, per assiduum et crebrum tactum

Cap. XXI. — In che modo et cautela li cavalli se dome.

Posse dumare li pullitri quanno vene ad etate de dui anni; ma multu meglio et plu utile ene che illu se dome da poi che illi ademande la etate de tre anni: ca in tale so' perfecti de menbra et de corpu, che illi se pocza domare, illi sonu rubusti et putenti a sustenere fatiga. De supra a questa etate abengnia che sia forte a dumare, tame dicese, che lu Inperatore Fredericu iammai non façea dumare le cavalle per soa persuna, non forsia non fosse de quactru anni. Et decea ca perciò li cavalli era plu sani et plu forte, et perciò li cavalli avea le ganme e li iunture plu munde e seche, et non potea avere da lenne 'nante le galle.

Cap. XXII. — Dela guardia deli cavalli poi che so'domati.

Quandu lu pulletru se deve domare devese avere diligente cautela 'ciò che lu cavallu sia legatu de' boni capistri ala mangiadura, et questu se faccia in tale modu che per la sua indumitate dali dicti soi capistri in dele ganme non sia ladutu. E mentru ca permane in sua ferocitate, acconpangese ad unu altru cavallu dumatu, ca plu securamente porrà escere gitu ad illu. E spessamente et plu spessamente ligieramente et suavemente li pedi ed le gambe e l' altre menbra cule mane se toche. Et in delu principiu l' omo se non deve adirare contra illu, chè per l' aventura perciò illo non piglie vitiu desconvenevele. Ma con granne perseverantia de

manuum, in omnibus efficiatur, ut decet, et dictum est: ita quod plene et secure sua membra circum circa tangantur, et specialiter pedes sæpius elevando, et, ad modum ferrandi, pedes percutiendo. Nec ante biennium ratione aliqua laqueetur: quia, propter iuventutem ex labore insueto domationis, aliquas læsiones in cruribus de facili incurrere posset.

Cap. XXIII. — De custodia Equorum post domationem.

Domatione facta, taliter custodiatur equus. Imponatur [ei] capuzolum de corio forti factum et humili, sive leni, et binis capistris decenter præsepio alligetur ut dictum est supra: pedes vero anteriores pedica, seu pastoriis de lana compositis, vinculetur, nec non uni pedum posteriorum funis laneus (qui vulgo transmellus dicitur) alligetur, ne antea ullatenus ire possit, et hoc fit ad sanitatem crurium conservandam. Præterea locus ubi moratur, sit a fimo bene mundus in die, de nocte vero fiat stratum, sive lecteria, de paleis usque ad genua pro quiete, quæ summo mane inde tollatur. Equus vero summo diluculo tangatur per totum corpus, et crura decenti tersorio, sive strigia, bene tergantur, prout melius videbitur expedire; deinde ducatur ad aquam parvo tamem passu, et teneatur in aqua tam de mane quam de sero usque ad genua, vel paulo superius, ita tamen quod aqua non tangat testiculos, cum bibit; et sic teneatur equus in aqua dulci vel marina circa trium horarum spacium, quia frigiditas aquæ dulcis, vel sic-

legiranza e de umilitate se toche, fine attantu che umile et bene domatu, per assiduu et spesso toccamentu de mane, in tucte le cose sia factu convenevole e così comu è dictu; si che plenamente e securamante de là e de quà le soi menbra se toche et spitialmente levandu li soi pede a modu de ferrare et tochandogle li piedi e ferendugle. Et per nulla rasone nanti due anni s'allaçe, ca per la iuventute dela fatiga de la non accustuma'domatione, alcune lesione ligeramente gle pocterà incurrere ale ganme.

Cap. XXIII. — Che civo usanu li cavalli iuveni e li vechi.

Poi factu la domatione, lu cavallu se custoda in questu modu. Inponaglese unu capizolu factu de coiura forte et umile et cun dui capistri convenevolmente se legle ala mangiadura cusì comu ene dectu. Et li pedi denanti pastorose de lana. Et necessario è l'unu pede de retu cun fune de lana, che vulganamente se ne dice traginellu, se leghe, che nulla manera posa gire innanti, e questu se fane a conservare la sanetate dele ganme. Et ancora lu locu duve illi ademora sia da lutame bene mundu in delu die; de nocte gle sia facta una littera bene de paglia usque ale ienochia per lu reposu, e la demane per tenpu ne sia levatu. E lu cavallu la demane per tempu sia tuccatu per tuctu lu corpu, e le ganme con cunmenevele forveduru, voi cun striglia, sia bene strigliatu cusì comu megliu pare che gle se convegnia. Et da inde inanti sia menatu all'acqua cun pizolu passu. Sia tenuto nell'acqua la demane e la sera usque ale ienocchia, voi poco plu

citas aquæ marinæ, naturaliter equi crura desiccant, coartando humores descendentes ad crura, ex quibus consueverunt in eis generari ægritudines. Post reditum autem nullo modo equus ponatur in stabulo, nisi prius eius crura fuerint bene munda, et desiccata ab aqua: quoniam fumositas stabuli solet inducere gallas, et malos humores, propter suam caliditatem, solet generare cruribus madefactis. Unum vero semper memoriæ teneatur, ut equus assidue comedat in loco infimo, quasi iuxta pedes, ita quod cum quadam difficultate fænum vel avevam capiat, quoniam, ipso nitente caput et collum extendere pro comestione sumenda, propter nimium flectendi usum, cooperante natura, collum et caput gracilius ei efficitur, et ad affrenandum redditur habilior, et pulchrior ad videndum. Ob hoc etiam crura ipsius quotidie ingrossantur, quia maius recipiunt nutrimentum, cum assiduam faciat super anterioribus cruribus impressionem, ex quo ibi fit major attractio nutrimenti.

Cap. XXIV. — Quibus cibis utatur Equus iuvenis et senex.

Comedat autem equus fænum, paleam, herbas, ordeum, avenam, et speltam, quæ sunt naturales et proprii semper equorum cibi. Si tamen equus sit [iuvenis], herbis, et fæno cum ordeo, vel alio simili, aut sine ordeo, sufficienter pascatur, quoniam herbæ et fænum ventrem

susu, sichè l'acqua non toche li testiculi quanno beve. Et cusì si tengnia lu cavullu in dell'acqua dulce, voi in dell'acqua marina, per spatiu de tre hore, ca la fregedetate dell'acqua dolce, voi la sechetate dell'acqua marina, naturalmente dessecha le ganme delu cavallu constringendu li omure descendente ale ganme, deli quali homuri in de le gamme se sole generare infermetate. Dapoi che returna, in nulla manera se mecta in delu steru forsia inprimamente le ganme non so' bene munde et assucte dall'acqua. Ca la fumositate delu steru sole generare le galle et male homore per sua calliditate in dele ganme infusse. Una cosa se deve tenere tuctavia a memoria, che lu cavallu assiduamente manduche inlocu vassu quasi appressu li pede, sichè con alcuna forteza pigle lu fenu, voi l'anona. Quando issu intenda lu capu e lu collu estendere per recepire lu cevo, per lu gran usu de flectere, operante la natura, lu capu e lu collu se fa plu graile, et a frinare ene plu asivele, et ene plu bellu a bedere. Et perzò le ganme soe tuctavia se ingrossa, cha recepe maiure notrimento, cuncesia cosa che illu faccia assidua inpressione supre le ganme denante, per la quale se fa locu maiore actratione de nutrimentu.

Cap. XXIV. — In que modu se purga li cavalli.

Mandunche lu cavallu fenu, paglia, herba, oriu, vena e spelta; queste so' proprij et naturale cive deli cavalli. Se tame lu cavallu sia iuvene, de herbe et fenu et oriu, voi d'altru semegliante a queste, voi sença oriu sufficientemente sia pascutu, cha le

dilatant et corpus, et propter suam humiditatem in suo augmento membra naturaliter augent. Et quia omne animal naturaliter humidum est, sive equus invenis fuerit, sive senex, refici debet humidioribus cibis, ut in ipso naturalis complexio conservetur. Postquam autem equus ad perfectam iuventutem pervenerit, ut ad laborem substinendum sit fortior, siccioribus cibis utatur, scilicet paleis et ordeo, et his similibus, moderate. Nam, propter paleæ siccitatem, equus non ita de facili impinguatur, sed in competenti habitudine retinetur, et viribus fortior permanebit; quia cibus durus difficile dissolvitur, ideo ad laborem aptior reperitur. Sed cibus tener faciliter dissolvitur, unde equus nutritus cibis teneris, et levibus, debilior viribus reperitur. Est autem equi melior habitudo mediocris, ut non nimis pinguis, nec nimis macilentus existat, sed medium teneant utriusque, quia si nimis pinguis extiterit, multæ in eo superfluitates et mali humores excrescent, ex quibus consueverunt cruribus, et aliis membris, plures et diversæ ægritudines evenire, maxime, si exponatur laboribus; quia propter superfluos labores, humores dissolventur, et fluent per corpus, ex quo posset equus de facili effici morbosus; vel etiam, propter oppilationem venarum et arteriarum, posset subito mori. Sed si nimis macilentus extiterit equus, debilis erit ad substinendos labores, membra etiam habebit inermia, et erit horribilis ad videndum.

erbe e lu fenu gle delata lu ventre e lu corpu, et per la sua humiditate, in delu soe crescementu, le membra naturalemente cresce. Et cha onne animale ene humidu, voi lu cavallu sia iovene, voi sia vechiu, devese pascere de plu humide cibura, chè in illu se serve la naturale conplessione. Ma dapoi che lu cavallu ademandarà la iuventute perfectamente che sia plu forte ad sustenere fatiga, usa plu seche cibura, cioene paglia e orio et cose chescia simegliante a queste, a moderatamente; ca perla sechetate dela paglia lu cavallu non ingrassa cusì ligeramente, ma lu mantene in convenevole escere et sarrà plu forte de fortie; ca lu cibu duru, fortemente se non dessolie, et perciò ala fatiga se trova plu forte. Ma lu cibu teneru leieramente se desogle. Unne lu cavallu nutricatu de cibi teniri et ligieri trovase devele de fortie. Ma ene in dele cavalle, meliure habitudine meczana, che illu non sia multu grassu, nè moltu macru, ma tengnia mezu dell' unu e dell'altru. Ca, se illu ene multu grassu, multe superffuitate et mali humuri cresce in illu, per li quale sole acadere multe e diverse infermetate in dele ganme, et in dell' altre menbra, spitialemente se s' espona ala fatiga: ca per le superflui fatighe li humuri se dessoglenu et scurrenu perlu corpu, per la quale cosa leieramente lu cavallu se pocterà fare infermu; voi per la oppilatione dele vene et del'arterie pocterà subitamente morire. Si lu cavallu sarà troppu macru, sarrà debile asustenere le fatighe, e le membra soe sarà dessarmate, e sarà orribele a vederelu.

Cap. XXV. — Quomodo, et quando, et quibus modis purgetur Equus.

Quia inter omnia quæ retinent equum in bona dispositione, et habitudine corporis, est potissimum, quod saltem semel in anno equus purgetur, ex hoc enim maiori tempore vivet, et quasi rejuvenescet, idcirco hic aliquos modos inseram quibus equus potest purgari. Est autem unus modus purgandi equum cum ferragine, sicut in Urbe, et vicinis partibus, ut plurimum fieri consuevit. Comedant enim equi herbas prædictas diebus quindecim, infra quos purgantur plenissime: ex tunc autem non ad purgandum, sed ad impinguandum dantur equis ferragines supra dictæ. Est et alius modus huic similis: Sunt enim in Apulia quedam herbæ quæ terfolium appellantur, quæ ex quo seminantur, non oportet usque ad triennium ulterius seminare, quolibet autem anno emittunt herbas virides, et teneras, et durant in sua bonitate per totam æstatem: dictas autem herbas comedendo purgabitur et impinguabitur equus per eundem modum per quem purgatur et impinguatur per herbas, quæ ferragines nuncupantur. In locis vero magis frigidis, sicut est in Francia, et in Alemania, et Anglia, et aliis similibus, quia herbæ, et pascua sunt magis subtilia et viridia et magis tenera, consueverunt purgari equi cum herbis de pratis; dictæ enim herbæ in locis prædictis purgant mirabiliter, et impinguant. Est et alius modus purgandi equos, qui in locis ubi est magna copia infrascriptorum pomorum fieri consuevit. Nam ubi est magna copia melonum, seu peponum, consueverunt dari equis ad comedendum per frusta pepones minuta incisi: habent

Cap. XXV. — Da probennare lu cavallu.

Ca inter tucte le cose le quale te' lu cavallu in bona despositione et in bona asiveleza de lu corpu, è questu spitialemente che per manchu lu cavallu una fegata in annu se purge; ca per questa vivirà maiure tenpu et quasi refarrasse iuvene. Et perzò io inseiarave alcuni modi per li quali lu cavallu se po' purgare. Ene unu modu de purgare lu cavallu... cusì comu ad Roma ed in dili vicine soi parte cusì comu multe fiate se sole fare. Manduca le cavalle la predecta herba xv. die, infra le quale die le cavalle se purga plenissimamente. E dalle nennante gle se dá alu cavallu la dicta ferraiene, non a purgare ma ad ingrassare. Et un' altru modu semegliante a questu. Ene in Puglia una herba la quale se chiama trifoglio, la quale da poi che è sementà usque a tre anni non n' è admisteru de resementare. Incescasunu annu mecte ierva verde et tenera e la bonitate sua dura per tucta la state. E lu cavallu, manecannu la detta erba, purgarasse et ingrassarà, per quellu medemo modo per lu quale se purga et ingrassa per l' equale erve terragine. Ma in dele locura plu frede, comu ene in Francia, in Elamagnia et in Anglia, et in locura simegliante a queste, perzochè le herbe e le pascue so' plu suctile et plu vivide et plu tenere, le cavalle se sole purgare con erbe de pratu; le decte erbe in le dette locura purga et ingrassa miravigliosamente. Ene unu altro modu de purgatione deli cavalli, le quale, in deli locura duve ene granne copia dele infrascrite poma, se sole fare; ca dove enne granne copia de melone, voi po-

enim mirabiliter purgare, per urinam maxime et postmodum impinguare. Est et alius modus similis præcedenti, et melior: dantur enim equis racemi uvarum ad comedendum abundanter, et nulla alia annona per quindecim dies datur eisdem, ex hoc enim purgantur mirabiliter et etiam impinguantur; et, quod melius est, si equus de uvis prædictis seu racemis comederit abundanter, si senserit de infirmitate, quæ dicitur pulsivus, liberabitur, nec ad ægritudinem praedictam medium aliquod, huic simile, poterit reperiri. Est et alius modus huic similis, quantum ad purgationem equorum: Ubi enim est abundantia ficuum, dantur equis simili, modo ad comedendum, in abundantiu. Sunt et alii modi, qui etsi sint utiles ad purgandum, non tamen impinguant, nec sunt modi ita securi sicut præcedentes: sunt enim quasi medicinales, de quibus modis interserere propono duos tantum, reliquos relinquam industriæ peritorum in arte. Recipias igitur omnia interiora piscis tencæ, vel piscis barbi, et, si non sufficiant interiora unius piscis, ponas ibi interiora piscium plurium de genere supradicto, quæ minutatim incisa misce cum optimo vino albo, et mitte cum cornu in gula equi; purgabit enim equum mirabiliter et medicinaliter potio supradicta. Alius modus est, et medicinalis similiter: quod recipiatur de siligine, et diu bulliat in aqua fluviali: deinde dessiccetur et detur equo ad comedendum loco annonae. Dicunt aliqui quod siligo non debet bullire quod crepet, sed sufficit modica bullitio, ut equus melius comedat. Uterque modus est bonus. Ex hoc enim equus purgabitur mirabiliter. Et si quos vermes habuerit in intestinis, emittet necessario: et hic modus erit satis utilis et bonus, dummodo equi velint de annona illa recipere. Probavi tamen quod stant equi aliqui diebus pluribus antequam velint comedere de annona

pone, solese dare ale cavalle a mannecare li popone appeçu appeçu tagliate minutuli, cha illi aliuva miravegliosamente purgare e spetialemente per la urina, et per modu ane ad ingrassare.

Ancora ene unu altro modo semegliante alu passatu et megliure: dase ale cavalle rezappari dele uve a mannecare abundantemente, e nulla altra annona per xv dì, et per questa se purga et ingrassa. Et megliu ene se lu cavallu manduca dela decta uva habundantemente, se lu cavallu sente dela infermitate, la quale se dice *pulsune,* sarà liberu, et a questa infermitate non se ne purrà trovare semegliante remegiu. Ene un'altru modu semegliante a questu quantu ala purgatione dele cavalle: duve ene l'abunnantia deli ficura, dasegle semegliantemente a manicare. So' altri modi li quali so' utili a purgare, non tame ad ingrassare, et non so' modi cusì secure così comu li nante dicti, ca so' quasi comu medicinale, deli quali modi io me propono de manefestare due solamente: altre mode lassu a quelle che so' bene 'segnate in nell'arte. Recipe adunca tucte l'entrole delu pesce, lu quale à nomo trinche, voi delu pesce balbu, et sece non bastasse le intriora de unu pesce, mictece le interiore de plu pissi dela ieneratione nanti detta, le quale interiora minutate mesteca con multu bonu vino albo, et mictelelu culu cornu in dela vocha, et purgarà lu cavallu maravegliosamente medicinalmente la vivitura supradicta. L'altru modu ene: recipe dela salligine et longamente bolla in dell'acqua delu flume et poi se siche, et sia datu a manecare alu cavallu in locu d'annona. Dice alcune che la salligine non deve tantu bullire che crepe, ca gle vasta poco bullire, e lu cavallu megliu la manecarà, e

prædicta: Et nota quod quando purgatur equus cum herbis, ut supra dictum est, debet teneri equus sub tecto, debet etiam cooperiri aliqua coopertura de lana; quoniam herbæ consueverunt, propter nimiam humiditatem et naturalem frigiditatem infrigidare, ex quo posset equus infrigidari, et morbos incurrere satis graves.

Cap. XXVI. — De præbendando Equo.

Quando vero equus debuerit præbendari, attamentetur, sive purgetur, prius bene annona, sive præbenda, ita quod pulvis, et aliæ immunditiæ non sint ibi, et postea detur; quia pulvis ordei, sive cuiuscumque alterius annonæ, de facili tussim consuevit inducere, et corpus in interiora dessiccare, quæ infirmitas quasi incurabilis est.

Cap. XXVII. — De potu Equi.

Aqua vero pro potu equi mollis esse debet, et aliquantulum salsa, et turbida, suaviter currens, vel quasi nihil; quoniam huiusmodi aquæ, propter suam grossitiem, sive grossam substantiam retinentes, adeo nutribiliores [existunt], et equi magis ex eis reficiuntur. Sed aquæ currentes et frigidæ, quanto frigidiores,

l'unu e l'altru modu ene bonu. Et per questu lu cavallu se purga meravigliosamente; e se abesse alcune verme in dele intestine, cacciaralle fore per necessitate. E questu modu ene assai utile et bonu du mintra che li cavalli voglia dell'annona predetta recepire. Tame io aio provatu che li cavalli stea per presure iurne nanti che voglia recepire la nante decta annona. E nota che quannu lu cavallu se purga cule herbe cusì comu ene dectu, devese tenere succupertu, e devese tenere cupertu cun alcunu cuperturu de lana; ca le erbe per grande humiditate et naturale frigiditate sole infrigidare, perchè lu cavallu leieramente infredare' et correre' inde in infermetate assai greve.

Cap. XXVI. — Delu vivere de lu cavallu.

Ma quandu lu cavallu se deve aprebennare, l'annona se deve purgare, e deveglese dare, che ce non sia pulve ne altra munditia, ca la pulve dell'orio, voi d'altra annona, ligieramente sole aducere tussa, et sole dessicare lu corpu e le cose interane delu corpu, ca la infermetate ene quasi incuraule.

Cap. XXVII. — Delu bivere delu cavallu.

L'acqua per lu bibere delu cavallu deve essere molle et unu pocu salza et turbida, suavemente currente, et quasi niente currente, ca l'acqua de questu modo per sua grossitudiue so' grosse de' substantia, perciò che illa retene nutrecative cose, et per quelle li cavalli maiuremente se satolla.

et velociores existunt, tanto minus equos reficiunt, et alunt. Non tamen extra rationem videtur, si temporibus nimis calidis, et frigidis et dulcibus aquis equus utatur, ut calorem infrigidando, et siccitatem reprimat humectando. Est etiam in hoc, ut aliis, consuetudo in qua notritus est, non modicum attendenda; et, si ad insuetum aliquid deducendus est, paulatim, non subito, debet deduci, quia natura non substinet subitas mutationes. Et quia equus, nisi bibat ad plenum, comedere et carnes assumere non potest, abluatur os eius interius, et fricetur cum sale madefacto in vino, quoniam ob hoc equus libenter aquam sumet, et libenter comedet.

Cap. XXVIII. — De ferrando Equo.

Ferrari debet equus ferris congruis, ad modum ungulæ rotundis. Extremitas circuitus ferri sit stricta, et levis; quia quanto leviores fuerint, tanto facilius et agilius elevat pedes suos; et quanto equi ungula circuitu ferri utitur strictiori, tanto maior et fortior efficitur, prout decet. Et nota quod quanto equus ferratur junior, tanto ipsius ungulæ molliores et debiliores existunt. Item nota quod usus eundi sine ferris a juventute, nutrit equi ungulas naturaliter duriores et fortiores ac magnas.

Ma l'acque currinte so' frigide, e quante plu frigide sone et plu veloce, tantu mancu li cavalli se satulla e nutrica. Non tame pare fore de rasione se in nellu tenpu troppo callu de acque frigide et dulce use lu cavallu, che lu calore infregedandu, et lu calore reprima vagniando.

Ene in quilli, et in altri, una consuetudine in dela quale ene nutricata non pocu da intendere, et se lu cavallu ene da menare, menese a pocu appocu, non subitamente se deve menare, ca la natura non sostene la subita mutatione. Ca se lu cavallu non bive pleneramente, manecare et recipere carne non po'; lavesegle la vocca de entru, e ferechesegle culu sale et culu vinu. Ca per questu lu cavallu vuluntera viberà l'acqua et plu volinteru manecarà.

Cap. XXVIII. — Delu ferrare delu cavallu.

Lu cavallu se deve ferrare de'ferri convenevele et rutundi a modu dell'unge, e la estremetate deturnu dellu ferru deve essere stricta et umile et ligere; ca quando plu ligera so', tanto plu ligieramente leva li pedi, e quando la ungia delu cavallu usa plu strectu ferru de turnu, tanto maiore et plu strectu se fa la ungia sicome se convene. Et nota che quantu lu cavallu se ferra plu iuvene, tantu l'unge soi so' plu devele et plu molle.

Item nota, che l'usu de gire senza li ferri dala iuventute, nutrica le unge delu cavallu naturalemente plu dure et grande et plu forte.

Cap. XXIX. — De parando Equo quando debet equitari.

Cum oportuerit equum equitari, seu laborare, primo videndum est ut sit bene paratus, tam in pedibus, ut sit bene ferratus, ut dictum est supra, quam in dorso, ut non possit sibi impressionem aliquam facere, per quam lædi posset dorsum eius, sella, vel panellus, vel aliquid simile, habendo in se duritiem aliquam patentem oculis, vel occultam. Et stringatur cingulis idoneis, ita ut sella non sit mobilis supra dorsum eius huc et illuc; nam sellæ motus, faciendo compressionem, lædit dorsum. Nec stringatur superflue, quia posset inducere tumorem circa ventrem et latera, et etiam in interioribus dolorem, constringendo ventositatem, quæ non habens exitum, vel locorum amplitudinem in qua manere posset, induceret mala in eo. Similiter sella nimis stricta, propter nimiam compressionem lædere posset dorsum eius. Tempore nimis calido non imponatur ei sella gravis, nec panellus, vel quæ possent equum nimis calefacere; quia redderetur equus exinde nimium taediosus ex humorum dissolutione, et garese ipsius consuevit facile calefieri et lædi, ex quo mala superveniunt accidentia morborum. Interdum etiam fit equus exinde vitiosus, unde levis ei sella imponenda est: et leve etiam sit quod sit sub sella, sicut fieri commode potest.

Cap. XXIX. — Da acconzare lu cavallu quando se deve cavalcare.

Quandu ene misteru che lu cavallu se cavalche, voi se fatighe, inprimamente ene da vedere chessia bene accunciu, sì in delu dorsu, che gle non poza fare alcuna oppressione per la quale se poza nocere lu dorsu delu cavallu dala sella, voi dalu pannellu, voi d'altra cosa semegliante, abendu in se alcuna dureza manefesta, voi nascosa. E strengase de centure convenevole, sichè la sella non se mova supra lu dorsu delu cavallu, là et cha; ca lo movemento dela sella facendu oppressione, lede lu dossu. E non se stringa multu, ca pocterà inducere tumore alu ventre et ale latura, et ale intestine inducere dulore, costrengendu la ventusitate che non ane eximentu, voi anpleza de lucura in dele quale poza permanere, pò menare male in d'ellu. E simegliantemente s' ella ene troppu stricta, per la grande conpressione po' nocere alu dossu delu cavallu. In delu tenpu troppu callu non gle se inpona sella multu grave, voi pannellu, nè cosa che poza multu scallare lu cavallu, ca perzò lu cavallu sarà troppu incressivu per dissolutione deli umuri, e lu guarrese gle se sole troppu et ligieramente scallare et ladire; per la quale cosa gle suprebene mali accidenti de' infermetate. Et allura lu cavallu se fa vitiusu, unne li è da punere ligiera sella, et sia ligieru quellu che ene sula sella, cusì comu utilemente se po' fare.

Cap. XXX. — Quo tempore debet Equus laborare, et quo non.

Sciendum autem est quod tempore nimis calido, scilicet a medietate Iulii usque ad finem Augusti, equitari equus tædiose non debet; quia tum propter nimium calorem, tum propter immoderatam equitationem potest intrinsecus leviter desiccari et scalmari: unde tali tempore debet potius frigidis locis et humidis custodiri, herbis et aliis [*rebus*] *recentibus comedendo, quam aliquatenus fatigari. Similiter in tempore nimis frigido, scilicet in Decembri, vel Ianuario, equus nimis fatigari non debet; quoniam equus supracalefactus ex labore, vel sudatus, potest leviter infrigidari. Similiter nimia equitatio serotina lædit equum; quia propter laborem magnum, tantus equo sudor supervenire solet, quod vix potest ob supervenientem noctem, sicut condecet, desudare, ac etiam more solito præbendari; et propter nocturnum aerem supervenientem, qui diurno frigidior est, posset equus calefactus infrigidari. Matutina igitur equitatio multimode commendatur; quia* [*non*] *nimis caloris incommodo blasphematur.*

Cap. XXXI. — Quomodo custodiatur Equus post laborem.

Cavendum est autem, quod, postquam equus laboraverit, et fuerit sudatus vel superflue calefactus, non detur sibi cibus vel potus, nisi prius coopertus

Cap. XXX. — In quale tenpu lu cavallu deia fatigare et non fatigare.

Ma ene da sapere che in delu tenpu troppu callidu, coene da mezu iulliu usque alu fine d'agustu, lu cavallu se non deve cavalcare incrissivamente, ca allura per lu gran callu, et allura per lo smodato cavalcare pose ligieramente desiccare da intru, voi scalmare; unne in cutale tenpu se deve guardare et custodire illocura frigide et humide, usanno erbe et cose recente, ca aliquantulu fatigare. E simigliantemente in decenbre et in gennaru lu cavallu se non deve troppu fatigare, ca lu cavallu supre scallatu, voi sudatu, po' ligeramente infredare. E simigliantemente lu troppu cavalcare dela sera noce alu cavallu, ca per la gran fatiga tantu sudore sole supervenire alu cavallu, che a gran pena in dela veniente notte, cusì comu se convene, lu sndore po' reintrare, e comu ene achustumatu a prebennare, et per l'airo dela nocte supervegniente; che sole essere plu fredu che l'airo delu iurnu, lu cavallu scallatu po' infredare. Lu cavalcare delu maitinu se lauda per molti modi, ca se non po' blasmare de utilitate dé gran callu.

Cap. XXXI. — Comu se deia guardare lu cavallu poi c' à fatigato.

È da quardare dapoi che lu cavallu à fatigatu et ene sudatu, voi troppu scallatu, non gle sia datu a manecare, voi a bevere, forssia nanti non è copertu

aliquo panno, paulatim semper ambulando ductus fuerit, et sudor et calor omnino recesserit. Quia, propter laborem, calor naturalis ad exteriora dispergitur, et interius modicus et debilis reperitur. Unde cibus tunc assumptus, posset de facili oppilationem interius facere, et ab accidentali calore corrumpi, cum naturalis valde debilis interius existat.

Cap. XXXII. — Quomodo in æstate et in hieme cooperiatur.

Semper autem ia æstate sit equus coopertus coopertura linea, ne lædatur a muscis, vel aliis consimilibus. In hyeme vero cooperturam laneam gerat, propter frigus; et sic quolibet tempore custodia sibi congrua in omnibus conferatur.

Cap. XXXIII. — Quanto tempore duret Equus bene custoditus.

Sciendum est quod equus bene et diligenter custoditus, et moderate equitatus prout expedit, ut non sit nimio et superfluo labore affectus, ut in pluribus, vigenti annorum spatio in sua virtute et bonitate valde perseverat.

Cap. XXXIV. — De disciplinando Equo.

De doctrina equi est taliter subnectendum. Requiritur igitur in principio frenum debite, ac levius, quod

de alcunu pannu e menatu annandu a pizulu passu, e lu sodore elu callu appustuctu se parterà, ca lo calore naturale ale cose dafore se sparge, e da intru poco o devele se trova. Unde lu cibu, reciputo allora, poterà ligieramente fare oppilatione da intru, et corronperase da calore accidentale, cuncesia cosache allura sia troppu debele.

Cap. XXXII. — Quale modu se deve coprire lu cavallu voi d'està voi de verno.

Tuttavia lu cavallu in estate sia copertu de coperturu de pannu de linu, che non gle noccia le musche voi altre cose semeglante ad ille. E lu vernu sia copertu de lana per lu fredu; et così in onne tenpu aia custodia comu gle se convene.

Cap. XXXIII. — Quantu tempu dura lu cavallu in sua bonitate se bene se custode.

È da sapere che lu cavallu bene et diligentemente custoditu, et amodatu cavalcatu così comu se convene, che illu non sia fatigatu de grande et superflua travaglia, cusì comu ene in presure, per spatio de xx anni permane in sua virtute et persevera in sua grande bontade.

Cap. XXXIV. — Da magestrare lu cavallu.

Dala natura deli cavalli e cusì da pigliare. Inprimamente se recerche lu frene devele et lu plu

inveniri poterit. Et cum equo debebit imponi primitus, morsum freni inungatur alinquantulo mellis, vel alterius dulcis liquoris, quia equus, gustata dulcedine, levius tolerabit. Sit autem frenum, ut prædictum est, in primordiis debile; quia quanto minus malum ori infert in principio, tanto levius, et acceptabilius postmodum substinebit. Postquam frenum sine difficultate susceperit, ad manum ducatur, hinc et illinc, mane et sero, donec ductorem optime sequatur; deinde sine strepitu, et tumultu, et sine sella, et sine calcaribus suaviter equitetur, et ducatur paulisper parvo passu, a dextris, et a sinistris, sæpius revolvendo, cum quadam virga ipsum percutiendo decenter; et, si expedierit, ductor aliquis incedat pedes, et hoc fiat a summo mane usque ad tertiam per loca plana, et non petrosa, donec equitator quocunque placuerit eum sine ductore ac societate conducat. Cumque per mensem, vel plus vel minus sicut oportuerit, fuerit taliter equitatus, extensa sella ei, sine tumultu et strepitu, imponatur, et cum sella ulterius equitetur usque dum tempus propinquaverit hyemale. Cum vero equitator equum suaviter ascenderit, eum non moveat, donec pannos sibi aptet, ut decet; quoniam equus exinde quietum usum sibi assumet, ad commodum equitantis. Post hæc autem, adveniente tempore frigido, faciat ipsum equitator per campos, seu magiesies vel arata, moderate [exercitare], ut dictum est, summo mane, ipsum magis et frequentius a dextris, quam a sinistris revolvendo, et habena dextra freni sit aliquantulum magis curta quam altera; quia equus naturaliter citius revertitur ad sinistram, [quam ad dextram]. Et, si frenum fortius expedire videbitur, immutetur ut congruerit, ut pro velle facilius teneatur. Debet autem equus, ut dictum est, troctare per magisias et arata magis quam per plana loca: quia [propter]

ligeru che se poza trovare. Et quandu alu cavallu inprimamente se deve inponere, lu mursu delu frenu sia untu de mele, voi d'alcuna altra cosa de dulce licore, ca lu cavallu, assaiata la dulceza, sostenerà lu frenu plu ligieramente. Sia lu frenu, cusì comu è dectu in delu principiu, divele, et quantu menu male fane ala vocha inprimamente tantu plu ligieru et plu accettevele lu sustenerane. Poi che recipe lu frenu senza mulestia, minase anmane et qua et là, et la demane e la sera fine actantu che sequetene quellu che lu mena. E del'ende innanti senza rumore o cridi et senza sella o speroni suavemente se debe cavalcare, et a pocho a pocho cum picholo passo dala destra et dala sinistra parte spesse volte si debe voltare, et percuotere con una vergella convenevolemente, et, s'è necessario, gli vada uno uomo enanti a piedi; et questo si fae ben per tempo et fin a mezza tercia, et vada per luocho piano, et non petroso, per fin chel cavalcatore senza compagnia lo mena in qualunche luocho vole. Et questo si fae per spacio de uno mese, o più o meno secondo se convieni, et secundo che è ditto: alhora la sella seglie metta senza paura et senza timore, et cum la sella lo cavalcha finchè aproxima il tempo de inverno. Et quando lo cavalchatore salglie suavemente sul cavallo, non muovalo finchè li panni non siano acunci come conviene, perchè 'l cavallo se debe acostumare ala utilità del cavalcatore. Dopo questo, venendo il tempo fredo, il cavalcatore facia de cavalchare per campi et per campestre moderatamente, et facialo trotare, et sia ben per tempo, et più spesso dalla mano diritta rivoltando che dala sinistra; et aia la destra parte dela redena dela brena più curta uno pocho che la sinistra, perchè

valliculas et monticulos [qui sunt ibi propter sulcos] assuescit equus et instruitur quotidie crura et pedes in suo gressu levius et altius, prout condecet, elevare. Et similiter potest fieri in locis arenosis, eadem ratione. Unde in prædictis locis, accepto usu equus pedes decentius erigit, et gressus suos tutius et salubrius agit. Nam in suo gressu minus præcipitat, seu cespitat, et sic nec equitantem, nec seipsum offendit. Assuefacto jam equo bene habiliter troctare per conveniens temporis spatium, a dextris, ut dictum est, et a sinistris similiter, per prælibata loca summo diluculo, paulatim tamen in principio et in minori et breviori saltu quo poterit, gallopetur. Cavendum tamen est, quod non diu vel taediose in die gallopetur, ne tædeat forsan equum gallopare, ipsumque idem pigeat iterare, quod esset error maximus equitantis; nam de levi equus in posterum ob hoc retrogradus fieri posset. Unum tamen utile videtur non modicum, quod equitator in troctando, vel gallopando, aut eum ad cursum movendo, in tantum trahat freni habenas manibus circa dorsum inferius circa garese, quod equus plicando vel curvando collum, caput iuxta pectus inclinet. Hoc autem in principio paulatim fiat, sicut videbitur expedire, omneque studium, et cautela ibi adhibeatur: hoc namque utile satis equo et salubre fore cognoscitur, et salubrius equitanti. Etenim cum caput equus inclinatum defert, satis propinquum pectori, et collum decenter curvatum, trotando vel gallupando, clarius et apertius respicit gressus suos, et melius a dextris volvitur et a sinistris, faciliusque ad libitum retinetur. Et propterea commendandum est hoc, imo præ omnibus, quæ sunt in equo, quærendum.

naturalmente lo cavallo è più atto a voltarsi dala sinistra parte che dala dextra. Et se glie bisognasse più forte freno, seglie debe mutare, secondo la fortezza dela boccha, a cio che se ritenga a voluntà del cavalcatore. Et fallo trottare per campi et per culture et per piano, come fue ditto di sopra, perche 'l cavallo, andando per culture, impara levare li piedi et vae più securo et più legiero; et cussì può fare per luocho sabionescho per quella medesima ragione. Unde il cavallo, uso in li preditti luoghi, si usa a levare li piedi et movere le gambe et le cose et meno inciampa, overo scapuzza, et cussì lo cavalchatore non se offende in lo suo fatto. Et quando lo cavallo fa ben le cosse preditte, incomincia poi a farlo saltare, prima picholi salti quanto ligieramente può, et falo galopare et non tropo nè fatichosamente a cio che non glie increscha, perchè legiermente doventerebe arestito, et questo sarebbe grande errore. A me pare utile che, quando lo cavalcatore trotta, o galoppa, o si muove o corre retinendo il freno se pieghi inanti al dosso, consentendo al cavallo quando piega el collo in giù, et questo se faccia a pocho a pocho secundo che è de mestieri, et in ciò se debe tenere ogni astutia et ogni cautela perchè è troppo utile al cavallo et salutifero al cavalchatore. Et quando lo cavallo porta chino il capo assai verso lo petto, e 'l collo convenevolmente, trottando et galopando più aptamente riguarda ali suoi passi, et più dextramente se volglie ad ogni lato ala voluntà del cavalcatore. Et queste cosse in ogni cavallo sun da lodare. Anchora questo se rechiede nel cavallo piu che altro.

Cap. XXXV. — De formis frenorum utilibus tam pullis quam Equis scallionatis et non scallionatis.

Quoniam quæ continentur in proxino capitulo, pro magna parte frenis subiacere noscuntur, expedit ut maneries, sive formæ, frenorum utilium exprimantur. Omissis igitur frenorum formis inutilibus, et horribilibus, quæ propter suam asperitatem et saevitiem os equi offendunt, aliquas formas frenorum utiles et necessarias et equis delectabiles assumamus. Frenorum enim aliquæ sunt formæ utiles pullis et equis non scallionatis, aliquæ sunt utiles scallionatis. Resecatis autem inutilibus, utiles et necessarias solum ponemus. Est igitur pro pullis quædam forma freni, quæ dicitur ad duos canulos, quæ forma levior et delectabilior pullis existit. Est et alia forma apta tam pullis quam equis non scallionatis, quæ dicitur ad martellum: habet enim in parte inferiori unam barram cum canulo; ex parte vero superiori habet unam barram solidam, et in medio habet unum martellum, qui protenditur versus canulum, non tamen conjungitur cum eodem. Est et alia forma freni utilis, et apta tam pullis quam equis non scallionatis, et est aptior quæ potest haberi, quam formam aliqui dicunt morsum parisiensem. Habet autem dicta forma ex parte inferiori unam barram cum canulo: ex parte autem superiori, habet unam barram solidam cum camo, seu carado, et aliqui huic camo appendunt cathenulas. Est et alia forma freni, quæ vulgariter ad medium morsum vocatur, nomen assumens ex eo, quod ex transverso habet solummodo unam barram, et aliam habet bipartitam; et ista forma est utilis solum equo scallionato. Est etiam alia forma

Cap. XXXV. — Dela forma delli freni utili ali poledri scaglionati et non scaglionati.

Perchè quello che si tratta in questo capitolo apartieni ali freni, però è necessario che qui se exprimono et demostrino le manere e le forme utile deli freni. Lassate adunche deli freni le forme inutile et horribele, le quali per loro vecchiezza et asperità offendono la boccha del cavallo, alcune forme de freni utile, necessarie et delectevole ali cavalli pilglieremo. Alcuni sono utili ali cavalli non schaglionati. Lassiamo quelli che sono inutili et toglleremo quelli che sono utili et necessarij. È aduncha per li puledri una forma di freni, la quale è a due cannella, et questa è più legera et più utile ali poledri. È un altra forma apta tanto ali poledri, quanto a cavalli non scalglionati, la quale debe essere a martello, et questa ha nela parte de sotto una stangetta cum uno cannello, et dala parte di sopra ha una stangetta solida et in mezzo ha uno martello, ma non se debe coniungere cum esso. Et è anchora un altra forma de freni utili et apta tanto ali poledri quanto ali cavalli non scalgionati, et è più apta che si può trovare, la quale forma alcun chiama lo morso parisino. Ha questa forma dale parti de sotto una stangeta con uno cannolo, e dala parte di sopra ha una stangeta solida cum uno camo, o carato; et alcuni nel ditto camo apicha una cadenella. Trovasi un' altra forma la quale vulgarmente se chiama a mezo morso, e prende nome questa forma da quello che ha a traverso solamente una stangetta, et l'altra ha despartita.

freni utilis equo scallionato, additur enim proximæ [formæ], quae dicitur ad medium morsum, unus camus; cui camo, aliqui, si volunt, possunt adiungere cathenulas: sed hoc neussariam non existit. Est etiam attendendum, quod brevitas seu magnitudo circuli, et serræ, et debita reflexio cum longitudine et brevitate convenienti, in affrenando equum non modicum operatur, et ideo super hoc est diligentia adhibenda. Intueri ergo os, et considerari debet mollities, et durities oris equi, et frenum quod magis ei aptum fuerit, imponatur eidem. Et ad hoc ut frenorum formæ, quæ præscriptæ sunt, possint evidentius apparere, ipsas depinximus. Ipsæ enim sunt utiles, et necessariæ, et omnibus aliis habiliores, et etiam meliores, nec ora equorum offendunt; et esset difficile equum aliquem inveniri, qui cum ipsorum aliquo non bene affrenaretur, si quis, iuxta distantiam congruam et ori equi expedientem, sciat collocare barras sive canellos.

Cap. XXXVI. — Quod Equus ducatur per loca ubi sunt sonitus et strepitus.

Equus, postquam frenum sibi congruum habet, equitetur frequenter moderate, et sine violento cursu, per civitatem, et specialiter per loca ubi fabri morantur, sive ubi fit sonitus et tumultus. Maiorem enim audaciam, et securitatem ob hoc equus assumet, minusque efficietur pavidus strepitibus, sonitibus, vel tumultibus concedendo. Si vero per prædicta loca transire trepidaverit, aut pavescat, saevis virgæ verberibus, aut calcaribus, non cogatur; sed levibus verberibus, et blandiendo ducatur; nam

equus bonis escis, et aliquantulum exercitetur. Si dicta infirmitas generetur ex humore superaccenso, tunc similiter minuatur equus, et prædicta remedia adhibeantur, hoc tamen addito quod, post ablutiones, alumen desuper pulverizetur. Postquam autem inceperit curari, et pili nascuntur, inungatur locus oleo communi. Item ad idem. Flebotometur patiens de vena colli consueta sufficienter, deinde fac hoc unguentum contra pruritum et scabiem mirabiliter approbatum: Recipe sulphuris vivi, salis, et tartari, æqualiter, terantur fortiter cum fortissimo et optimo aceto, et tantundem olei conficiantur, et optime incorporentur atque agitentur usque ad spissitudinem unguenti. De prædicto unguento ungatur locus patientis bis in die tandiu, donec liberetur equus; debet tamen prius locus pruritus et scabiei scalpi et fricari intantum, quod quasi sanguinem emittat universaliter. Item ad idem. Valet acetum fortissimum cum urina pueri virginis mixtum, et cum succo citranguli, et supradicto modo superinunctum. Item ad idem. Valet lithargyrum bene pulverizatum et mixtum cum oleo et aceto, et agitatum ad modum unguenti, et postmodum superpositum, ut dixi. Item ad idem. Unguentum quod sequitur: Recipe sulphuris vivi, olei olivarum, modicum aceti, fuliginis, modicum duri salis, stercoris porcini, et calcis vivæ; hæc omnia simul bulliant, tritis primo terendis, et fiat unguentum ex quo ungatur locus scabiei et pruritus. Item ad idem. Recipe vulsam cum qua pelliparii dealbant pelles, et misce cum aqua, et unge locum. Dicunt aliqui quod scabies est infirmitas in cute animalium, quam aliqui rugniam vocant a rugositate, eo quod longas rugas, in diversis locis in medio apertis, cum asperitate habet, et squamas, quasi piscium, emittit. Nascitur enim ex habundantia putridi sanguinis, et ex loco pru-

dela vena delo collu, che quelle humure se mene et escane, e de lenne gle se mecta le setone da parte de sucta delu collu; poi che sia facte le decte lavature, e dagle anmanecare boni civi, et unu pocu se fatighe. La cura: se la decta infermetate se genera de humore supre infocatu, allora semegliantemente se sange, e facciase li dicti rimigi, aiuntace che dapoi ili ene lavatu, pulveriza de supre lu alume; e dapoi che se comenza a cuare, chè li pili renascanu, ungase lo locu de ogliu cunmunu. Ancora a quellu medenmu: sangiase lu cavallu dela vena colli custumata; e poi si faccia questu unguentu contra lu pruritu e la scabia meraveglosamente approvatu: Recipe de solfu vivo, de sale et de rosia ugualemente, e tritalu fortemente, et con forte acetu et cun tantu oliu se confitij, che optimamente se demene et incorpore usque che sia unguentu spessu. E delu predectu ungnentu se unga lu locu delu cavallu infinu dui volte in die, fine a tantu che lu cavallu se libere. Devese tame lu locu delu pruritu e dela scaia scarazare et frecare intantu che esca lu sangue quasi universalmente. Ancora a quellu medenmu vale cul acetu fortissimu l'aurina delo garzone virgene et culu sucu delu citrangulu, et untu, como ene dectu de supra. A quellu medenmu vale letargiru bene mistecatu et pulverizatu cul olio e l'acetu demenatu a modu de unguentu, e postuce supra, comu aiu dectu. A quellu medenmu vale l'unguentu che sequeta. Recipe de solfu vivo et de olio de uliva et unu pocu d'acetu, de fulligene dura, pocu de sale, de stercu purcinu e de calce viva; tucte queste cose bulla insenmura, inprimamente tritate, quelle cose chessone da tritare e facciasenne unguentu, de lu quale

ritus non curato, et etiam fit ex consortio equi scabiosi cum mordent se dentibus, vel cum terguntur cum eodem panno, vel cum cooperiuntur eadem coopritura, vel fricant se in eodem loco; et aliquando etiam fit si comederit escam ab equo scabioso morvillatam. Cura. Si fortis sit equus, minuatur de vena colli, ut supra dixi, deinde loca scabiosa bene abluantur, et fortiter fricentur cum forti capitello, facto de cineribus fortibus, donec aliquantulum sanguinent; postmodum permittantur desiccari, ita quod supra loca scabiosa non remaneat aliquid de supradicta lavatura, postea inungantur loca ad solem calidum, vel juxta ignem, unguento sequenti: Recipe pulveris sulphuris, aluminis, ellebori nigri, ana libr. I., pulveris corticis radicum pedis equi, argenti vivi, ana 3. *III., axungiæ veteris, libras III., ex quibus omnibus fac unguentum, Animal vero de prædicto unguento ungatur usquequo fuerit necesse; et ab eo die quo ungi cæperit usque ad decem dies custodiatur bene equus ab aqua, rore, et fricatione. Item ad omnem scabiem, serpiginem, pruritum et rungiam equorum: Inungantur loca ex farina frumenti, aceto forti et croco simul mixtis. Item ad idem: Prius laventur loca cum aqua calida, postea sapo distemperetur in aceto forti, quo facto, loca scabiosa, serpiginosa, vel pruritum vel rungiam patientia, inungantur ex farina frumenti, aceto forti et croco simul mixtis. Potes etiam pruritum, seu pruriginem, sic curare: Primo minuatur equus de vena colli, ut dictum est; deinde de sanguine ipso calido tota loca pruriginosa fricentur, tertia die post minutionem mundentur bene loca pruriginosa cum lixivio calido, facto de favilla hordei adusti, cum stramine, aceto, et aqua marina; sequenti die ungatur hoc unguento: Recipe radices rubeæ, paleæ campi, et radices herbæ benedictæ,*

se onga lu loco dela scabia e delu pruritu. A quellu medenmu: agi la volza deli pillicteri, cula quale blanchise li pelli, et misteca cull'acqua et ungene lu locu. Dice alcuni ca la scaia ene una infermetate in dela coteca dell'animale, la quale la chiama rungia alcuni dala rugositate, perciò che ane longue rungi in deverse locura in mezu aperte con asperetate, et caccia fore scama cusì comu scama de pesce. E nasce da abundantia de sangue corructu e da locu de pruritu non curatu, et fase da conpaguia de cavallu scabiusu, quandu se mucecha interse culi denti, voi quandu se affacta con quellu pannu, voi quandu se copre con quellu cuperturu, vo'se gracta in senmura in quellu locu, et alcuna fiata se manduca de quellu che ene tuczatu dalu cavallu scagiusu. La cura: se lu cavallu ene forte, sangese de la vena delu collu, cusì comu aiu dectu, e le locura scabiose fortemente se lave, et fortemente se freche cun forte capitellu factu de forte cinere fine ac tantu che faccia lu sangue. E poi lu lassa dessicare, si ch'e'le sopredecte locura scaiose non remanga chibelli dela sopradecta lavatura. E poi se unga alu callu de lu sule, voi delu focu, delu unguentu lu quale sequeta: Recipe pulve de sulfu et de alume et de eboru nigro gualemente libr. j. et de pulve de radicine de pede de cavallu, cioene deli scorci, et de argentu vivu ugualmente 3 iij, e de assognia vecchia libr. iij., e de tucte queste cose fane unguentu e l'armalia se unga de questu unguentu, mentrunca ce ne misteru, e da quellu chesse comenza ad ungere usque a nove die, se guarde da acqua et da rosata et da fricatione. Ancure ad onne scabia, serpigene e pruriti et rungia de cavalli: ungase le locura de farina de furmentu et de acetu

coquantur in aceto, vel aqua marina, donec molles fiant: deinde, proiecto quod durum est, cum reliquo et axungia salita veteri fiat unguentum. Item ad idem. Lavetur scabies saepe cum aqua caprinellae, et curabitur. Item ad idem. Lavetur saepe scabies cum succo cicutae, et curabitur sino dubio: Aliqui miscent cum praedicto succo cicutæ modicum olei olivarum et modicum aceti.

Cap. LXXIII. — De Stima seu Lucerdo.

Stima, vel lucerdus, vocatur infirmitas quædam, quæ in collo equi accidit, ita quod collum non potest flectere huc nec illuc, nec escam suam, nisi per intervalla et festinanter a terra capere. Nascitur autem ex nimio onere scapularum, et ex desiccatione nimia nervorum colli. Cura. Crinis colli iuxta corpus cum manu erigatur, et utraque cutis cum calido ferro, ad modum stili facto, quod quidam subulam vocant, iuxta corpus perforatur, seu perforetur, et caro,

forte, mestecata cun ella. A quellu medenmu inprimamente se lave le locura culla acqua calla e stenperase lu sapone in del' acetu forte, e le locura scagiuse, voi serpiginuse et prurituse, voi rungiose se ungia. Ancora a quellu medenmu; lavese la scaia de sucu de cicuta, pocu d' olio de uliva, unu pocu de acetu. A quellu medenmu la scalia spessamente cull' acqua dela capinella, e sarrà curatu. Et pose lu pruritu, voi la prurigine, sì curare. Inprimamente se sange lu cavallu delà vena delu collu, comu ene dictu, e de quellu sangue callu tucte le locura prurigenose sene freche; alu tertiu die po' la sangia lavese bene le lucura pruriginuse co' lissiva calla facta de cenere de oriu arsu, colata cunu pannu con acetu et acqua marina. E lu seqùente die se unga de questu unguentu. Recipe le radicine de russia, paglia de canpu et li radicine de erva benedicta e cocase in del' acetu, voi in acqua marina, fine actantu chelle anmolle, e iectatune quellu ch' ene dura, con quellu che remane e cola assongnia vechia salata fanne unguentu.

Cap. LXXIII. — Dela sginia voi lu lucerdu.

La sginia voi lu lucerdu se chiama una infermetate, la quale abene in delu collu delu cavallu sichè non po' flectere lu collu nè qua, nè la, nè po' pigliare mangiare da terra se nu cun intervallu. E nascegle per greve incarcu dele spalle e per la dissicatione deli nervi delu collu. La cura: li capilli delu collu cula manu se dericze appressu lu corpu, et l' una et l' altra cutica cunu ferru callu, a modu de stilu factu, lu quale ferru alcuni lo chiama si-

quæ est supra collum, sine attractione nervorum aliquantulum aduratur, et sic fiat in quinque locis in longitudine colli; et inter singulas cocturas et perforationes sit spacium trium unciarum. Postmodum in unamquamque cocturam quædam mediocriter gracilis chorda et mollis, facta de lino sive canabe, vel pilis caudæ, vel crinibus equi (quam quidam saniam, seu laqueum, vocant) immittatur, et per quindecim dies dimittatur (quidam multas cocturas in sinistra parte colli sub crine, juxta crinem, in summitate et longitudine colli faciunt, sed non sanant) post appositionem ignis; a quarto vero die usque ad decimumquintum cum aqua tepida tota summitas colli et spatulæ sæpe abluantur, et bene fermententur.

Cap. LXXIV. — De inflatione colli.

Collum equi inflatur, si intra quartum diem post extractionem sanguinis plagam super lignum aut lapidem fricaverit fortiter, aut alius equus illam dentibus corroserit, aut si cito, post restrictionem plagæ, duram escam comederit: ideoque caput eius ligandum est sursum, et debet sic stare per tres horas sine comestione (alii tamen statim dant sibi bibere, sed incautius agunt); postea per diem et noctem a dura esca custodiatur. Cura. Pili ab inflatura tollantur, et plaga, infra diem tertium post sanguinis extractionem, aperiatur, et teneatur aperta cum stuppis; si fuerit æstas, fermentetur inflatura cum aqua tepida in qua folia ebuli, vel sambuci, apii, urticæ, et senationis cocta sint; et de ipsis herbis fiat emplastrum, et tepidum inflaturæ

bula: appressu lu corpu se pertunda e la carne, la quale ene supre lu collu senza actratione de nervi, unu pocu se marture, et cusì se faccia in cinque locura in dela longuanza delu collu. Et in cescasuna coctura e buzili, sia spatio de tre unce. E poi infra cescasuna coctura, chessia messu lu setune mezanamente suctile e molle, fata de lino, voi de canova, voi dili pili dela cuda, voi deli capilli delu cavallu, delu quale alcune ne dice lazu, e lassaglelu stare per XV dì. Alcuni ce fannu molte cocture in dela sumitate delu collu su li capilli apressù deli capilli. Ma non sana imprimu per la positione delu focu. Et alo quartu dì usque ad XV. die se lave cun acqua tepeglia tucta la sumitate delu collu e le spalle spessamente, et nutrichese bene.

Cap. LXXIV. — Dela inflatione de lu collu.

Lu collu dellu cavallu se enfla, se infra quactru die per la tractiune delu sangue la plaga fricarà supre lenu, voi supre preta fortemente, voi altru cavallu chelu muccecarane nela plaga. E perciò lu capu soi ene da legare altu, et lassalu stare cusì per iij hore senza manecare. E tame alcunu gle dane a bevere incontenente, ma illi non fannu saviamente. E poi lu guarda da dure manciare lu dì et la nocte. La cura; levese li pili dala inflatura, e la plaga infra iij die per la tractione delu sangue, aprase la plaga e tegniase aperta cula stuppa. Se ene la state lavese la inflatura colla acqua calla in dela quale sia cocte le fronde deli gebli, voi deli sanmuci, voi dell'apli, voi dela urtica, voi de senatiune, et

superponatur. Si inflatura fuerit inveterata, de eadem vena iterum minuatur; et, si per hoc non convaluerit, et vena putrefacta est, corium, iuxta maxillam, super illam venam aperiatur, et cum brocha ligni vena læsa extrahatur, atque versus caput cum molli filo lini vel lanæ fortiter nodetur, et per medium incidatur, et omnino extrahatur. Similiter fac de vena ex altera parte plagæ versus scapulas. Item longe a terra comedat donec sanetur.

Cap. LXXV. — De læsione dorsi.

Accidunt dorso equi aliquando læsiones plures et diversæ propter diversas causas: quia quædam a causa intrinseca, ut ex corruptione humorum, quædam a causa extrinseca, ut ex ineptæ sellæ oppressione, et aliis pluribus occasionibus. Contingit autem ex causa intrinseca quando humores, vel sanguis, corrumpuntur, et in loco superhabundant, et ita de facili, et quasi pro nihilo, læditur dorsum equi; quia sanguis superfluus vel humores superhabundantes generant in loco parvas vesicas plenas sanguine mixto cum putredine, quæ corrumpunt corium et carnes equi, deinde fiunt ulcera plana, aliquando magna, aliquando parva. Contingit etiam ex causa extrinseca, sicut quando læditur dorsum equi a sella vel barda, vel superfluo onere, vel similibus. Sciendum tamen est quod quanto propinquiores existant ossibus tergi, tanto peiores et periculosiores sunt, et aliquando potest periculum corporis imminere. Cura. Emplastrum ad tumorem dispergendum, cute existente integra: Accipe folia porri et frige

de queste herbe gle faccia enplastu et ponase tepeliu ala inflatura. E se la inflatura ene inveterata, de quella vena se sange un' altra volta, e se per questa se non sana, e la vena ene prutrefacta, lu curu appressu la massiella se apra supre quella vena, et c' una brocca de lenu quella vena se traga fore inversu delu capu, e c' unu filu molle de linu fortemente se leghe, et taglese per mezu et tragase actuctu. E semegliantemente dela vena se faccia dall' altra parte inversu dele spalle. Ancore manduche da longa dala terra fine che sia sanatu.

Cap. LXXV. — Dela lisione delu dorsu.

Abene alcuna fiata alu dorsu delu cavallu presure lisiune e diverse, per diverse accasiune. Cha alcune da l' accasiune da intru, così comu ene dala corruptione deli humuri. Alcuni da l' accasione da fore, così comu ene dala oppressione dela sella, et de altri presure accasiune. Abene dala casione da intru quandu li humuri, voi lu sangue se corronpe et supre habunda in delu locu, et cusì ligeramente et pre niente se lede lu dorsu delu cavallu, ca lu sangue superfluu, voi li humuri suprehabundante genera in dellu locu pizulu vessiche plene de sanguine mestecatu cun sania, le quale ronpe lo coriu e la carne delu cavallu, et alcuna fiata le plage sò plene, alcuna fiata sone vacue et pizuli. Abene alcuna fiata da casione da fore, così comu quando se amacca lu dossu delu cavallu da la sella, voi dala varda, voi da troppu greve incarecu, e de altre cose semegliante a queste. Ma tame ene da sapere, che quantu stane plu denpressu all' ossu delu tergu so'

cum axungia porci, ipsa vel simul in mortario contere, seu pista, et in patella calefac, et calida superpone tumori. Item ad idem et melius: Recipe tres partes fimi arietini, et unam frumenti, seu siliginis, et sit flos farinæ, quia plus valet, et bene misce, et aliquantulum coque, et tepidum supra lucum pone. Cura. Ante omnia scire debes, quod per quemcunque modum dorsum equi læsum fuerit, equus fatigari non debet quousque perfecte fuerit curatus; quia ex modico labore infirmitas ipsa posset taliter augumentari quod incurabilis redderetur. Statim igitur cum videbitur dorsum equi alicubi tumefieri, optime cum rasorio tumor radatur; deinde fiat emplastrum de farina tritici attaminata, et cum albumine ovi agitata, et tumori postea cum quadam petia panni linei superponatur; et cave postmodum ne dictum emplastrum removeas violenter, sed cum suavitate ut levius fieri poterit. Deinde, amota pecia et emplastro, si putredo fuerit congregata, corium cum ferro cuspido aliquantulum calido in inferiori parte tumoris, usque ad putredinem, perforetur, et putredo exinde penitus educatur. Post hec vero ungatur in die frequenter aliquo liquido unctuoso. Fiunt etiam quædam excoriationes, vel rupturæ, in dorso ex oppressione aliqua alicujus oneris vel bardæ, vel oppressione carbunculi nascentis ex superfluitate sanguinis in dorso, quæ statim cum apparuerint radi debent undique peroptime et circumquaque; deinde superaspergatur quotidie de pulvere calcis vivæ mixtæ cum melle, et intantum simul agitatis, quod possit fieri sicut quædam placentula quæ ponitur in igne, et ibidem stet donec fiat sicut carbo, de qua postea fiat pulvis, prædicto pulvere utatur donec vulnus fuerit consolidatum, ablutis prius vulneribus cum vino calido vel aceto, custodiendo equum a sella, et a quolibet simili. De eo-

peiore e plu pericolose, et alcuna fiata pò soprestare alo pericolo de lu corpu. La cura. Gle faccia lu sopra scriptu enplastru ad strumire la cuteca stante interena: agi la foglia deli porri et frieli cola sungia de porcu, voi tu la pesta in delu murtale insenmura l'una e l'altra, e scallalu in dela frissura e lu si calla la pui supre lu tumure. A quellu medenmu et meglu: recipe tre parte de fumagiu de montone et una de farina de furmentu, voi de fulligine, et sia lu flure de farina, perciò che plu vale, et bene mestecatu, et cocilu unu poco, et tepeglo supre lu locu lu pui. La cura: ante tute le cose deve sapere, che per qualunca modu lu dossn de lu cavallu se amacca, lu cavallu se non deve fatigare fine actantu che perfectamente lu cavallu sia curatu; ca per pizula fatiga quella infermetate in tale manera porrà crescere che fora incurabele. Incontenente adunca che tu vederai lu dossu delu cavallu in dalcuna parte intumure, optinamente lu tumure culu rasuru se rada. E da inne innanti fagle lu enplastu de farina de granu mestecata, e cola alvume dell'ovu bene demenata e cuna peza de linu ponase supre lu tomore. E guarda dapoi che lu dectu enplastu non deleve per forza, ma con suavitate quantu plu ligeramente se po' fare. E da inne nante levatane la peza e lu enplastu, se la sania ce sarrà adunata, pertunni lu coiru c'unu ferru acutu et callu. unu pocu da parte de socta de lu tumore, fine ala sania, chè de lenne se cacce la sania, e dapoi se unga spessamente de alcuna unguentu. Fase alcuna scorticatione, voi rupturu, de coiru in delu dossu per alcuna oppressione de alcunu incarcu, voi de varda, de oppressione de nascente carbunculu, de superfluitate de sangue in

dem pulvere dicetur infra in capitulo de verme. Sciendum autem est, quod emplastrum farinæ, seu tritici, cum ovi albumine agitatæ, ut supradixi, valet contra omnes dorsi læsiones iam dictas. In omnibus autem læsionibus planis vel excoriacionibus solidandis infrascripti pulveres apponantur, videlicet: pulvis factus ex myrto sicco; item pulvis factus ex lentisco et galla levi; item pecia lanea combusta; item corium combustum aptatum; item filtrum combustum; item putredo ligni diu putrefacti: omnia ista valent ad prædictas læsiones dorsi. Item pulvis myrti vel scotani proiectus supra fracturam, vel excorationem, dorsi, consolidat mirabiliter et desiccat. Nota tamen quod super omnes alios pulveres valet pulvis de calce et melle ad consolidationem carnium. Scire tamen debes quod, antequam dicti pulveres apponantur, læsiones illæ lavari debent calido vino, vel aceto.

Cap. LXXVI. — De dorsu quando læditur a sella.

Si dorsum equi ex sellæ oppressione, vel barda, vel superfluo pondere intumuerit, quoniam humor ille ad saniem colligitur, dimittatur quousque inceperit mollificari; deinde subilo subtus perforetur, ita quod hu-

delu dossu; le quale che incontenente che apparenu devese radere troppu bene d'onne parte d'entorno; e da inne innanti iettecese la polve dela calce viva culu mele continuamente, e intantu li demena insenmura che se faccia cusì comu na splanata, la quale se pona in delu focu, et locu stea fine actantu che se faccia comu carbone, deli quali se faccia pulve: la predecta pulve se use fine ac tantu che la plaga sia sollata, lavata primamente la plaga con vinu callu, voi acetu, custodendo lu cavallu dala sella e da cescasuna cosa semegliante. De questa medenmu pulve se dicerane in delu capitolu delu verme. Ma ene da sapere che lu enplastu dela farina delu granu cul'alvume dell'ovo, demenata comu ayu dectu, vale contra onne lisione delu dorsu dicte. In tucti li lesioni plane, voi scorticatione da sollare, infra scripte presure cose cese puna, cioene pulve facta de mirra seccha, ancora la pulve facta de lo lentescu e de galla lebe. Ancora la peza arsa. Ancora lu cornu arsu. Ancure lu lenu fracedu, lontanamente fracedu. Ancora feltru arsu. Ancora la pulve dela mortella, voi delu scotanu iectatu supre la roctura voi supre la scoriatione dela carne. Tame deve sapere che tuctavia nanti chesse pona li dicti pulvi lavese de vinu callu et de acetu le dicti lesiune.

Cap. LXXVI. — Delu dossu quanno s' ammacca dala sella.

Se lu dossu delu cavallu intunmisce pre oppresione de sella, voi de varda, voi per greve incarcu, quannu quellu humore se colle ad sania, lassalu stare fine actantu che comense ad mollificare. De

mor libere egrediatur: vel fiat sub dicto tumore vel inflatione foramen, seu coctura cum ferro candenti, ut humores ex tali oppressione sellæ, bardæ, vel oneris, conglobati, sive coadunati, dissolvantur. Si vero ex his in ipso principio inflatio seu tumor non recedat, radatur bene locus, et prædicta emplastra ad deinflandum et maturandum superponantur; deinde ponantur intus setones inuncti ex sapone. Si dorsum equi infletur ex oppressione sellæ, abraso prius loco, lavetur sæpe cum aqua bene salsa; et aliqui ponunt stercus ipsius calidum supra tumorem, et ligant cum supercingulo. Si vero tumor non recedit, sed efficiatur ibidem corium mortuum, inungatur locus cum axungia porcina veteri, et semper locus sit unctus; et caveatur ne corium elevetur violenter (aliqui ponunt super corium farinam mixtam cum oleo), et cum incipiet separari corium, circumquaque loco inuncto prius bene, equitetur aliquantulum cum sella, ita quod locus calefiat; nam ex tali calefactione corium mortuum citius marcescit et cadit. Elevato corio mortuo in totum, ponatur in plaga stuppa canabis, vel lini, minutatim incisa, et supra stuppam aspergatur modicum de pulvere calcis vivæ, quousque vulnus sit plenum carnibus. Cum vero carnes creverint, et non restat nisi corium generari, lavetur locus bis in die vino tepido vel cum urina, et post desiccationem potest aspergi desuper pulvis myrti, vel scotani, quousque sit curatus.

inne innanti se pertunna de supta c' unu ferru punzutu sichè lu humore liberamente senne caccie. Voi ella se faccia sulu dectu tumure, voi inflatione, unu pertusulu, voi una coctura c' unu ferru callu che li humuri per cutale oppressione de sella, voi de varda, voi de carcu congreti, voi adunati, se dessoglianu. Ma se per questu in delu principio la inflatione, voi lu tumore, no' storna, radase bene lu locu, et li dicti enplasti ad strumire et a maturare ce se pona, et ponacese da entru li setone unti de sapone. Ancora se lu dossu delu cavallu enfla per la oppressione della sella: radase inprimamente lu locu, lavese bene e spessamente cun acqua salza; et alcuni ce pone lu stercu de questu cavallu callu supre lu tumure, e leganlu c' unu lenzo. Ma se lu tumore non sturna e facciase lu coriu mortu, ungase con assognia porcina vecchia, e tuctavia lu locu sia untu, et guardate che non ne leve coiru per forza. Et altri pone supra lu coiru la farina mestecata coll'olio, e quannu se comenza a partire lu coiru unge deturnu lu locu; primamente se cavalche unu pocu cola sella, sichè lu locu se scalle; ca, per cotale scallare, lu coiru mortu ceptu se mollifica e cadese. E, caduto senno lu coiru mortu, in tucta la plaga se pona la stoppa de cannova, voi de linu minutata, tame de sopra la stuppa se iecte unu pocu de calce viva fine actantu che la plaga sia plena de carne. Ma quando la carne sarrà crescuta, et non averà factu lu coiru, lavese dui fiata in die culu vinu pocu callu, voi cola urina, ed poi ch' ene lavatu, poice iectare la polve dela mortella, voi delu scotano, fine chessia curatu.

Cap. LXXVII. — De inflatione dorsi.

Si dorsum equi læsum fuerit seu plagatum, et postea superveniat ibi tumor, distinguendum est, quia aut plaga est aequalis, aut profunda, item aut est in extremitate crinium, aut in alio loco dorsi aut spinæ. Si plaga fuerit æqualis, et inflatio seu tumor non minuatur, contra inflationem et tumorem fiant ipsa remedia et curæ, quæ supra iam diximus, et plaga nihilominus lavetur ter in die cum aqua salsa macera, seu cum aqua salsa marina. Post lotionem autem et mundificationem plagæ, pulvis factus de gallis et ferrugine ferrariorum supraspergetur, vel superponi potest pulvis lapidum molendinorum.

Cap. LXXVIII. — De profunda plaga dorsi supra spatulas.

Si plaga fuerit profunda et tumida et in extremitate crinium, quia locus periculosus est, cura non est prætermittenda; et, si tumor descendat ad pectus, infirmitas, seu passio, mortalis est; cuius rei causa est, quia pulmo et cor sunt membra nobilia, et conservant vitam in corpore; quia si ipsa patiuntur, et totum corpus patitur et mortificatur. Si enim prædictum vulnus prout decet mundificatum non fuerit, humor saniosus existens, loca, per quæ transitum facit, corrumpit, et ad spiritalia descendens ea suffocat: quia recta fronte sibi subjacent, unde est causa mortis. Si vero plaga fuerit in alia parte dorsi quam in extremi-

Cap. LXXVII. — Dela enflatione delo dorsu.

Se lu dossu delu cavallu sarrà lesu, voi plagatu, et abeniace tumore, ene da stingere, ca la plaga, voi illu ene uguale, voi ellu ene profonda. Ancora voi illu ene ina extremetate deli capilli, voi in altru locu delu dossu, voi dela schina. Se la plaga sarà 'gale, e la inflatione voi lu tumure non assema, contra la inflatione et lu tumore facciase le remeia e li cure le quale ia avemu dictu de sopra, e la plaga alu postuctu se lave tre fiata in die con acqua salza, voi con salza materia. Poi chene lavatu et mundificata la plaga, la polve dela galla e dela ferrugine deli ferrari gle se iecta de supra, et posegle iectare la polve deli prete deli mulina.

Cap. LXXVIII. — De profonda plaga delu dossu sopre le spalle.

Se la plaga sarrà profonda et inflata, e sarrà in dela estremetate deli capilli, perciò ch' ene loco pericolosu, la cura non ene da lassare; e se lo tumore descengia alu pectu, questa infermetate, voi passione, ene mortale. La accasione de questa cosa ene questa. Ca lo polmone e lu core sone menbra nobile et conserva la vita in delo corpo. Ca se ille sone inferme, tuctu lu corpu ene infermu et more. Ca se la predecta plaga comu se convene non sarà mundificata, lu humore saniosu demorantece, le locura, per le quale passa, corrunpe, et descengente ale membra spirituale suffocale, ca cun directa fronte

tate crinium, timendum non est; quoniam magna est ibidem concavitas, quæ fluentem humorem potest recipere, nec ibi sunt membra principalia quæ corrumpantur. Cura. Laquei seu setones, mittantur inferius subtus inflationem, et cum subula, seu acu longa et grossa, tumor perforetur ut inde sanies educatur; postmodum aqua salsa macera, vel simplici, et optimo vino tepido abluatur; facta ablutione, concavitas illa repleatur bene usque ad fundum de stuppa lini bene trita, et hoc fiat donec caro incipiat rubescere, et vulnus sit mundificatum. Si autem caro superflua excreverit (quod cognoscitur per eius hæmorrhagiam, hoc est: per eius sanguinis fluxum) tunc pulvis corrosivus superaspergatur, sicut est pulvis gallæ, vitrioli, viridis æris et similes, ut pulvis calcis vivæ. Item ad idem: facias stupiginum, seu tastam, de ligno ficus, vel radice tassi barbassi, vel mori, ad longitudinem unius digiti longum, et modice latum, et ex una parte stupigini, seu tastæ, et ex altera ligentur setones seu laquei. Deinde sub tumore, inter corium et carnem, prædictum stupiginum seu tasta mittatur, primo tamen cum ferro ad hoc apto corium a carnibus separetur, et postmodum singulis diebus bis in die dictum stupiginum, seu tasta, ducatur, ut sanies collecta educatur; et hoc fiat dummodo infirmitas non sit in extremitate crinium. Caveatur equus postmodum de exercitio multo; leve enim exercitium iuvat. Et nota quod omne vulnus, si putrefiat, signum est quod sanabitur; tamen, si multa sit putredo, timendum est ne sanies ad interiora vertatur, et sic equus pereat.

gle sogiace, unne ene accasione de morte. Ma se la plaga ene in altra parte delu dossu che in dela extremitate deli capilli, non ene da temere; ca tantu granne ene locu con cavetate lu quale pone recipere l' abundante humore, el locu non so menbra principale le quale se corrompa. La cura: le setone gle sia messu sucta ala inflatione, et c' una subla, voi acu longa e grosso, sia pertussu quellu tumore, che de lenne se cacce la sania. E poi se lave de acqua salza materia, voi de pura, et octimo vinu tepeglio. Eppoi ch' è facta la lavatione, quella concavitate dela plaga se renpla de stuppa de linu, bene tagliata, usque alu fundu. E questo se faccia fine actantu che la carne comenza arrussire e la plaga sia bene mundificata. Se carne superflua ce cresce-rane, che se cognosce per sua amorozaia, cioene per soe flussu de sangue, allora ce se iecta pulve corrosiva cusì comu ene pulve de galla et de vitriuolo et de verderame; e semegliante a queste, comu ene pulve de calce viva. Ancora a quellu medenmu; fa unu tastu de leno de ficu, voi de radecina de tassu barbassu, voi de moru, quantu ene longu unu detu e pocu latu, ed all' una parte alu tastu e dall' altra gle sia messu le setone, voi lazi. E de lenne gle sia missu lu tastu intre lu coru e la carne de sucta alu tumore. Et inprimamente c' unu ferru actu lu coru dala carne se sulleve. E poi cescasunu die lu tastu se ne traga dui fiata in die, chè la sania se ne caccia. E questa se faccia dummintra che la infermetate non ene in dela extremetate deli capilli. Guardase lu cavallu da molta fatiga, ca la legera fatiga gle iova. E nota che onne plaga che fa sania, ene singnu da sanare; tame, se fa molta sania, ene da te-

Cap. LXXIX. — De male ferruto Equo.

Accidit equo pluries quidam morbus in lumbis, seu renibus, ibidem dolores inferens, et nervos attrahens incessanter, qui aliquando ex humorum superfluitate illuc decurrente, aliquando ex frigiditate diurna, aliquando ex onere immoderato contingit, unde vix se potest equus erigere a parte posteriori, vel crura levare, et hæc passio dicitur Maleferritura. Cura. Radantur lumbi vel renes equi bene, deinde fiat strictorium tali modo: Recipe picem navalem liquefactam, et extende in pellicula ad longitudinem et latitudinem lumborum vel renum, deinde recipe boli armeniaci 3. 2. *picis græcæ, galbani, thuris, masticis, sanguinis draconis, gallæ, omnium ana, terantur, et misceantur insimul, postmodum aspergantur universaliter supra picem prædictam aliquantulum liquefactam, deinde dicta pellicula, taliter parata, ponatur supra lumbos vel renes, prius bene abrasos, nec removeatur donec valeat levissime removeri. Item ad idem et melius. Recipe milii partes VII. et salis usta partem I. et calefac ad ignem in sartagine, vel patella, et misceas bene simul, agitando semper cum uno baculo ne milium aduratur, donec sit bene calidum, deinde aspergatur aliquantulum vini, postea sic calidum, quantum sustineri possit, ponatur in sacculo, et sacculus sic plenus milio calido ponatur supra renes et hanchas equi, et cooperiatur bene equus circa partes illas, ut calor non evaporet; et hoc fiat duobus, vel tribus, diebus pluries in die et de nocte. Item ad idem aliud strictorium ma-*

mere la sania non torne ale menbra da intru, e lu cavallu non pera.

Cap. LXXIX. — Dela male ferratura.

Abene alcuna fiata alu cavallu una infermetate in deli lunbe, voi in dele rene, dantegle locu duluri et atraiente li nervi non cessante. Li quale alcuna fiata per superfluitate de umuri currentece, alcuna fiata per lontana frigiditate, alcuna fiata abene per incarcu smodatu, unne a grande pena, lu cavallu se po' riczare dala parte de retu e levare le ganme. E questa passione se dice male ferratura. La cura: radase li lummi, voi li rine, delu cavallu bene, e de inne gle sia factu unu stricturu in cotale modu: Recipe pece navale liqueda e stendela in una pellicella quantu ene longue et late li lunmi, voi li rine; delenne recipe volu armenicu 3. ij. de armoniaco, et de pece greca et de galbanu et de incensu et de mastice et de sangue de dragone et de galla, ugualemente de tucti: tritese e mesteche insenmura e dapoi ce sia sparsa universalemente, sula pece nanti decta, unu pocu liqueda. E delenne questa pellicella, cusì acconcia, se puna supre le rine, voi supre li lunmi. E non s' enne leve fine actantu che se ne poza levare ligeramente. Ancora a quellu medenmu ene megliu: Recipe de sale arsu una parte e de megliu secte parte, le quale scalla insenmura alu focu in dela sarctagine, et mestecale bene in senmura demenandinle c' unu vastone, chè lu megliu non se arda fine actantu che sia bene callu. E de lenne gle sparge de supre unu pocu de vinu, eppoi lu fà callidu quanto lu po' sostenere, e

gis valens: Recipe consolidam majorem, armoniacum, galbanum, bolum armenicum, sanguinem draconis, sanguinem equi recentem, sive siccum, et de mastice, pice græca et olibano, quantum de omnibus aliis; terenda, terantur omnia simul, vel separatim, et agitentur, ac misceantur cum ovi albumine sufficienti. Deinde misceatur ibi de farina frumenti in bona quantitate, et agitetur cum aliis. Extendatur autem talis confectio super pecia linea forti, et fiat per omnia sicut de alio emplastro supra edocetur. Item ad idem aliud remedium et ultimum. Urantur lumbi, vel renes, multis et crebris lineis per longum ex una parte renum ad aliam procedentibus. Supradicta emplastra humores constringunt et dessicant, renes et nervos consolidant; similiter ignis humores dissolvit, evacuat et consumit, carnes desiccat acriter et coarctat; propter quod rationabiliter videtur quod equus maleferutus ex aliquo prædictorum medicaminum debeat adiuvari.

Cap. LXXX. — De cornu et cura eius.

Cornu est infirmitas in tergo equi, aliquando rumpens et mortificans corium dorsi, ingrediens dorsum

mectase in una saccuta e la saccuta sia plena de megliu callu, e siagle postu supre le rine et supre l'anche delu cavallu e coprase bene lu cavallu contra quelle parte, chè lu callu non svapore. E questu gle se faccia voi ij. di, voi iij. presure fiata in die e la nocte. Item ad idem: l'altru stricturu plu valente. Recipe la consolida maiore et armoniacu, et galbanu, bolu armenicu, sangue de dragone, sangue de cavallu recente, voi seccu, mastice, pece greca et incensu, quantu che de tucte l'altre cose, et quelle cose che so' da tritare se trite in senmura, coll'alvume dell' ovo, a sufficientia, et mestechese de farina de furmentu in bona quantitate, et demenese coll'altre cose decte; et questa confectione se stenna supre una peza de pannu de linu; e facciase per tucti l'altre cose comu dell'altru enplastru. Ancora a quellu medenmu lu altru ultimu remeiu: deaglese lu focu ali lunmi, voi ale rine, de multe e de spesse righe per longu dal l'una parte dele rine e dall'altra pertendente in longu. Le supredecte enplasti desecca li umuri e conestringele et dessecca, li reni consolida et li nervi mitiga. Sinmiglantemente lu focu dessogle li humuri vacuale et consumale, e la carne dessicca fortemente et constrengele, perciò che rasionevolemente pare che lu cavallu male ferutu pre alicunu deli predicti medicamenti se deve aiutare, voi trouvare remeio.

Cap. LXXX. — Delu cornu e dela cura sua.

Lu cornu ene una infermetate in delu dorsu delu cavallu, alcuna fiata runpente et mortificante

usque ad ossa multoties. Accidit autem ex oppressione sellæ, vel ex superfluo onere, quia tunc carnes lædun-tur, et in girum corium cum carne viscatur seu con-glutinatur; et ex hoc hæc passio Cornu vocatur, quia ad modum Cornu formam rotundam habet; vel dicitur Cornu, quia incipit ad diffusionem latitudinis, et pro-tenditur in acutu; vel dicitur Cornu a corio secum invi-scato, quod provenit quoniam, dum corium comprimit carnem suppositam, et caro aliam carnem, et sic Cornu procreatur, quod aliquando fit prope spinam, aliquando super costas; sed quod super costas fit periculosius est, quoniam caro læsa putrescit, et sic humor ad spiritalia et ad interiora descendit, et ea dissipat. Cura. Terantur folia caulium cum axungia porcina veteri et supraponantur: deinde imponatur ei sella et panellus, et stricte cingletur, ut premat versus Cornu. Item ad idem: Valet scabiosa, vel malva viscus, cum axungia veteri trita, et simili modo superposita. Item ad idem: Valet cinis calidus cum oleo agitatus et superpositus. Item ad idem: Valet fuligo cum sale minuto mixta et cum oleo agitata. Item ad idem: Valet stercus humanum recens superpositum. Item ad idem: Olera silvestria, seu domestica, viridia cum veteri axungia optime terantur, et supra locum patientem ponantur; et aliquantulum equitetur, ut vis medicaminis bene subintret, et per aliquos dies hoc fiat, et perfecte curabitur. Item ad idem: Frondes sambuci vel ebuli fortiter terantur, et cum oleo communi misceantur, et eodem modo deinde emplastrum tepidum supra locum patientem ponatur. Item ad idem: Oleum oliavarum calidum sæpe superponatur; quoniam extirpat Cornu mirabiliter. Item ad idem: Valet pulvis gallæ superaspersus. Item ad idem: Accipe frondes capparæ et frondes lilii, et bene pistentur cum adipe porcino, et simul incorporentur, deinde supra locum patientem po-

lu coru delu dossu et cavante insucta lu locu usque all'ossu multi fiate. Et abene pre oppressione dela sella, voi da superfluu incarcu, ca allora la carne se anmacca et ingiru lu coru cola carne se invesca, vo' s'aduna, et per questu, questa passione cornu se clama, ca ane la forma rotuna a modu delu cornu, voi illu se dice cornu, ca comenza in dela teza e stennese in acutu, voi se dice cornu, cun secu dalu coru invescatu. Che pervene ca lu coru, dunmentra chesse conpreme, conpreme la carne sucta apposita, e la carne conpreme l'altra carne sucta apposita, cusì cria lu cornu, lu quale alcuna fiata se cria appressu dela schina; alcuna fiata supre le coste; et sic ene piriculusu quanno la carne se marcia, sichè lo umore descenge ale menbra spirituale de entru, e discipale. La cura: pistese le foglie deli cauliu c'una assognia de' porco vecchia, et supre pucela, e poi gle se puna la sella, voi lu pannellu, et leghese strictamente che prema in delu coru. Ancora a quellu medenmu vale la scabiosa, voi lu malvavischio, pista, con assungia de porco vecchia pista, e semegliantemente in quellu modu sia soprapostu. A quellu medenmu vale la cenere calla cull'olio demenata, et suprepostece. A quellu medenmu vale la fulligene pista colo sale et cull'oliu demenata. A quellu medenmu vale le fronde dela 'liva, voi delo 'livastru viride; cola sungia vecchia se piste troppu bene et ponase supre lu locu 'nfermu, e cavalchese unu pocu, chè la forza delu medecamentu ce adentre bene, et questu se faccia per alquanti die et perfectamente se curarane. A quellu medenmu: le fronde deli sanmuci. voi deli iebli, fortemente se piste et mestechese cull'oliu comunu, a quellu medenmu modu questu in-

nantur: hoc enim unguentum mirabiliter dividit et sanat. Item aliud: Frondes olivæ et aliquantulum cineris insimul misce, deinde eodem modo superpone. Et nota quod Cornu cito cadit radicitus, si equus equitetur super sella, supraposito prius aliquo medicamine prædictorum, et sæpius renovando. Cornu autem radicitus extirpato, vulnus stuppa minutim incisa, et pulvere calcis vivæ et melle involuta, totaliter impleatur, abluto prius vulnere cum aceto tepido; et hoc fiat bis in die donec vulnus fuerit solidatum. Cavendum tamen est ne aliquod pondus tergo equi superponatur, donec carnes vulneris fuerint corio coæquales.

Cap. LXXXI — De Curtis Equorum.

Curtæ sunt quædam magnæ infflationes in modum panis in corpore equi, quæ potissime nascuntur ex habundantia putridi sanguinis in molli carne iuxta corium. Cura. Scindatur corium in medio Curtæ, et subtus, ubi inflatio desinit, et cum lignea brocha humor, qui intra cutem est, commoveatur, et bene frangatur, postea humor fortiter exprimatur, ac deinde corium

plastu se pona tepegliu supre lu locu infermu. A quellu medenmu: l'oliu dela 'liva tepgeliu spessamente ce se pona, ca ne trane lu cornu meravegliosamente. A quellu medenmu vale la pulve dela galla sparsa de supra. A quellu medenmu: agi le fronde dela camfara e le fronde delu giliu et sia ben piste colu grassu delu porcu, et mestechese insenmura e ponase supra lu locu infermu, e questu unguentu meravegliosamente parte et sana. Ancora l'altru: le fronde dela 'liva, et unu pocu de cenere mestecate insenmura, in quellu medenmu modu le suprepui alu locu. E nota che lu cornu senne cade ceptu dala radicina, se lu cavallu se cavalca cula sella, suprepostuce inprimamente alcuna medecamentu, renovandecelu spessamente. E dapoi che lu cornu ne ene cadutu dala radicina, la plaga se inpla de stuppa tagliata minutula et de pulve de calce viva et de mele inprimamente se svolva, et inprimamente lavata d'acetu tepidu la plaga, e questu gle se faccia doe volte in die fine actantu che la plaga sia sullata. Tame ene da guardare che supra lu dossu delu cavallu se non puna incarcu fine a tantu che la carne dela plaga s'aduguagle alu coiru.

Cap. LXXXI. — Dela infermetate che se chiama curte.

Le curte sone alquante infermatione a modu de pane in delu corpu delu cavallu, le quale spitialmente nasce per abundantia de sangue corruptu in carne molle appressu lu coiru. La cura: fendase lu coiru in mezu dela curta e de sucta uve manca la inflatione. E c'una brocca de lenu lu humure, lu quale ene inter lu coiru, se ne mova e bene ce se

sub inflatione scindatur, et latum ferrum calidum per totam Curtam immittatur, ita quod corium non comburatur; et, interpositis septem diebus, iteretur; et fiat cum magna cautela et deliberatione.

Cap. LXXXII. — De Pulmone, seu Pulmoncello.

Fit quædam læsio in tergo, seu in dorso, equi rumpens et mortificans partem carnis dorsi, et fodiens dorsum usque ad ossa, tumorem inducens ex ineptæ sellæ, vel oneris, frequenti oppressione generata; quæ cum veterata sit, putredinem generat, carnes infectans, et, cum iuxta ossa putredo fuerit antiquata, efficitur ibi quædam coagulatio carnis infectæ, putridas humiditates emittens ut aquam; et hæc passio vocatur Pulmo, seu Pulmoncellus, quia pulmonis formam seu similitudinem habet. Et generatur ex humoribus melancholicis propter vigorem virtutis attractivæ, quæ ad se attrahit ipsum nutrimentum, qui, invenientes carnem corruptam, et ex ea viciantur et corruptionem recipiunt ab eadem, et in ipsa etiam convertuntur, et exinde talis passio procreatur: et post quam consolidata est, statim redit ad statum pristinum. Cura. Incidatur circumcirca Pulmo, seu læsio illa, funditus, et radicitus extirpetur. Quo facto, scindatur locus vulneris ubi magis dependet, ut nihil putredinis in vulnere detineri possit; postea superponatur stuppa in albumine ovi intincta usque ad triduum, mutando quotidie semel in die, deinde, usque ad carnium consolidationem, stuppa minute incisa, in pulvere calcis et mellis involuta, vulnus totaliter impleatur, abluto prius vulnere aceto vel vino forti ali-

runpa lu coiru, et poi li humuri ne sia ben spressiatu, et de lenne lu coiru se fenna sucta ala inflatiune, e siagle messu unu ferru latu callu per tucta la curta, sichè lu coiru non se n'arda; e, per septe die se refaccia un'altra fiata. E facciase con granne cautela et diliberatione.

Cap. LXXXII. — De pulmone, voi de lu pulmuncellu.

Fase una lisione in delu dossu delu cavallu runpente et murtificante una parte dela carne delu dossu, et cavante lu dorsu usque all'osso, acducente tumure per la non ascevele sella, voi per graveza de altra oppressione, la quale poi ch'è invechiata genera sania et carne infecta. E, concesiacosa che la sania si à anticata appressu l'ossu, fase locu quasi una adunanza de carne infecta et puturusa, runpente la carne e lu coru, tuctavia mectente humiditate comu acqua. È questa pasciune pulmone, voi pulmoncellu, perzò che ane forma e semeglianza de polmone. E generase per humuri melanconici per lo vigore dela vertute activa, la quale trane asseve lu nutrimentu, li quali humuri, truvante la carne corrupta, per quella, illi invitia et recepe corroptione da illa, et convertese in illa, et de lenne tale passione se crea; e, dapoi che ene resuluta, incontenente retorna alo primu statu. Cura. Taglese lu coru de intornu, et quellu pulmoncellu, voi lisione, sia sterpatu dala radicina. Eppoi ch'è factu, taglese lu locu dela plaga uve che plu depenne, chè niente de sania faza retingentia in nela plaga. E poi ce se pona la stuppa cula clara dell'ovu usque a tre die, mutandula semu in die, et de lenne fine

quantulum tepefacto, et hoc fiat bis in die donec vulnus fuerit consolidatum. Item per alium modum potest dicta infirmitas curari, quia salubrius et melius curatur cum pulvere resalgaris, ut infra in capitulo de Verme dicetur; quoniam sine incisione curatur, nec dolor infertur equo. Item ad idem: Valet si accipiatur serpens, et capite et cauda incisis, quod residuum fuerit per frusta incidatur, deinde frusta in veru assentur ad carbones, donec pinguendo serpentis incipiat liquefieri, et illa pinguedo, sic ut distillat, adhuc existens calida, in Pulmonem dorsi distilletur, mirabiliter enim in uno die Pulmonem destruit et consumit; cave tamen ne de illa pinguedine cadat in aliqua parte dorsi equi. Item ad idem. Extirpato Pulmone, seu Pulmoncello, ut dictum est, decoquatur bene malva, et superponatur donec vulnus pateat, et lavetur cum aqua illius malvæ, postea in vulnus ponatur calx viva cum stuppa bene trita; et cum caro creverit, imponatur pulvis vitis albæ; et sic curabitur. Item nota, quod urtica mortua, trita cum axungia et pice, magis extirpat corium mortuum omnibus supradictis. Item potes, si volueris, ed curationem istius infirmitatis eisdem curis uti, quas proxime posui supra in capitulo de Cornu, hoc tamen addito, quod cappari cum radice eius, seu cum eius teneritate, terantur, et modicum de cineribus misceatur, deinde cum axungia incorporata vulneri superponatur. Laudo tamen ut, evulsa carne superflua, scabiosa, cum galla trita, concavitas illa per tres dies repleatur, ut si qua radix malæ carnis remanserit, tali emplastro radicitus extirpetur, deinde unguentum proxime positum ad consolidationem superponatur. Item aliud: Canabaria cum urtica et cum radice taxi barbassi, et cum succo fumiterræ bene pistetur et incorporetur, deinde superponatur; et hoc dicitur esse probatum.

che la carne sia resollata, se ce mecta la stoppa tagliata cula pulve dela calce et delu mele, et siane plena tucta la plaga, lavata inprimamente cun acetu, voi con vinu forte, unu pocu stepegliatu, e quellu se faccia due volte in die fine che la plaga sia resanata. Ancora per un altru modu se po' curare la decta infermetate; ca plu salutevolemente e megliu se cura cula pulve delu resargaru cusì comu de socta se decerà in nelu capitolu delu verme, ca se cura senza tagliare et non dà dolore alu cavallu. A quellu medenmu vale se se piglia la serpe et iectatene lu capu e la coda, quellu che remane se tagle a pezu a pezu, et de lenne lu pezu sia rustu ali carvuni fine actantu che la grasseza dela serpe se stenpere. E de quella grasseza, guctecante, getegle supre lu polmoncillu delu dossu delu cavallu, et in unu die inbravegliosamente lu destruce et consuma. E guardate che non caia de quella grasseza in altra parte delu dossu. Ancora a quellu medenmu: sterpatu lu pulmoncellu como ene dectu, cocase bene la malva, e ponacese de supra finechè la plaga se apra et lavese cull' acqua de quella malva. E poi se ce pona la calce viva cola stoppa, e quannu la carne crescerà, mictice la pulve dela vite alba, et cusì se cura. Nota che l' artica morta, pista cola sungnia e cula pice, maioremente sterpa lu coru mortu che tucte le cose decte. Ancora poi, se tu voi, ala cura de questa infermetate usare queste cure le quale aiu poste in nelu proximu capitulu de lu cornu; tame aiuntuce che la cappara, la radicina, voi lu sucu, voi la teneretate sua, si piste et amestechesece unu pocu de cenere confitiata cola sungnia, ponase supra la plaga; laudu tame che, cacetane la carne superflua, la scabiosa cula galla tri-

Cap. LXXXIII. — De Equo super quo luna splenduit.

Cura equi super quem luna splenduit: quando mortificatur, sic fiat: Recipe sepum, lardum, oleum olivarum, succum solatri, et farinam, et fac bene bullire omnia in patella, et superpone, sæpe immutando, raso prius loco et scarificato.

Cap. LXXXIV. — De Spallatiis.

Fit alia læsio in summitate spallarum, tumorem faciens et callositatem quamdam carnium super spatulas dorsi superficiem superantem; tumefactione prædicta antiquata et indurata, quæ vulgariter Spallaties nominatur, nomen ex opere assumens; et generantur ex frequentia onerum, et male parato apparatu equi, unde fit ab eo compressio dictam inducens collositatem. Cura. Incidatur circumquaque læsio illa, ac funditus et radicitus extipertur; quo facto, scindatur vulneris locus ubi magis dependet, ut nihil putredinis in vulnere retineri possit; et per omnia fac sicut dixi supra in

tata, quilli cavunciuli s'enne inrenpla per die, che se ce fosse remasa alcuna radicina de mala carne, per questu enplastu, dala radicina ne sia sterpate; e de lenne ce sia postu lu unguentu proximu da resollare. L'altru: la canabria cula urtica et cula radicina delu tassu barbassu, culu sucu delu fumusterre, sia bene pistata, et incorporese, e puniglelu de supra, e questu se dice esser provato.

Cap. LXXXIII. — Delu cavallu supre lu quale la luna resplende.

La cura delu cavallu supre lu quale la luna resplende, o quanno se mortifica, fazase cusì: Recipe lu sevu e lu lardu e l'oliu dela uliva et de solatru, farina et falle bene bullire tucte queste cose in dela patella. E suprepoczulu, mutandnelu spessu, rasu imprimamente lu lucu et scarazatu.

Cap. LXXXIV. — Deli spalacci.

Fase un'altra lisione supre le spalle faccente tumore, scallante una parte dela carne supre la spalla, sopre lu fine, partente lu tumore predectu antiquatu et induratu, la quale se chiama vulganamente spallacci, recipente lu nomu dall'opera; e generase per usanza de incarche e malamente accunzu lu appretu delu cavallu; unne si à da ella la compressione inducente la decta calositate. La cura: taglese la lisione acturnu acturnu et sia sterpata a fundu dala radicina: e factu questu, fendase lu locu dala plaga uve plu depenne, chè niente de sania se retengia

rubrica de Pulmone, seu Pulmoncello. Item alia cura. Si Spallatiæ fuerint duræ, mollificentur cum malvavisco, et caulibus tritis cum axungia porcina veteri, vel cum absinthio, paritaria, et brancha ursina bene tritis et mixtis cum axungia supradicta, et postea decoctis in aliqua olla, et deinde suppositis. Istud tamen mollificativum fiat antequam Spallatiæ incidantur, vel resalgar superaspergatur, ut in capitulo de Verme dicetur.

Cap. LXXXV. — De Barbulis et Carbunculis.

Fiunt Barbulæ, et Carbunculi, in equo ex superfluitate sanguinis, aliquando ex aliis humoribus mixtis, quorum cognitio et cura in capitulo de læsione dorsi supra edocetur.

Cap. LXXXVI. — De Læsione garresii, seu guizareschi.

Cum garrese fuerit nimis inflatum propter putredinem, uratur ex utraque parte pluribus punctis foci cum ferro cuspido ferventi, sicut videbitur expedire. Deinde ponatur in foraminibus oleum calidum cum pecia, continue donec liberetur. Si vero non fuerit plenum multa putredine, coque cum tasto, et, ubi tastum intraverit, pone punctum foci. Item ad idem. Cum garrese fuerit nimis inflatum et plenum multa putredine, scindatur garrese ferro idoneo, et tota sanies educatur; deinde imponatur stuppa cum albumine ovi, postea lavetur cum vino tepido vel aceto, deinde ungatur locus

in dela plaga. E per tucte le cose fane comu dixi de supra in dela lubrica delu pulmuncellu. L'altra cura, se li spalacci sone dure, mollifichese culu malvavischiu et cole piste con assognia porcina vechia, voi cul'assenzu, e cula paritaria e cula branca ursina bene piste mestecate cola songia supradicta, et poi che so'cotte in d'alcuna pingniata et postece de sopra,... mollifica; et facciase innanti che li spallacci se tagle, voi se sparga lu reselgaru comu se decerane in delu capitulu delu verme.

Cap. LXXXV. — De baruli e carbunculi.

Fase le barule et carbunculi in delu cavallu per habundantia de sangue, alcuna fiata per altri humuri mistecate; la conditione deli quali e la casione se insengnia de supra in delu capitulu dela lesione delu dossu.

Cap. LXXXVI. — Dela lisione delu guarrese.

Quandu lu guarrese troppu se enfla per la sania, deaglese lu focu dall'una e dall'altra parte, presure punte de focu c'unu ferru acutu fervente comu pare che gle convenia, et de lenne se puna in quelle forame lu oliu callu c'una pecza fine actantu che sia liberatu. Et se non n'è plena de multa sania, tocalu culu tastu, et dove lu tastu intrarane, poice la ponta delu focu. A quellu medenmu: quannu lu guarrese ene multu inflatu e plenu de multa sania, taglese con ferru convenevele, chè tucta la sania se n'esca; delenne ce se mecta la stuppa cula clara

de quocumque felle, et superaspergatur ad consolidandum pulvis calcis (quem infra in capitulo de Verme ponam), vel thuris, super unctione fellium, usque ad sanitatem; et impleatur vulnus stuppa minute incisa super unctionem, si vulnus fuerit profundum. Item aliud, quod valet etiam ad dorsum equi fractum: ungatur vulnus melle, et superponatur pulvis gallæ, vel cinis, calidus mixtus cum oleo.

Cap. LXXXVII. — De Puzolis, quæ nascuntur in dorso Equi.

Fiunt autem aliquando quædam puczolœ, seu pustulæ et excriationes in dorso equi, quarum cura ex remediis et curis supra in proximis rubricis positis satis patere potest. Item. Emplastrum ad puczolas et inflationes maturandas, et omnia apostemata sive in homine sive in animali maturanda: Recipe farinam frumenti, et mel ana, et bulliant in aqua decoctionis malvarum usque ad spissitudinem, deinde superponatur et frequenter mutatur, quia cito maturabitur.

Cap. LXXXVIII. — De quibusdam pulveribus ad sanandum dorsum, vel garresum, Equi.

Pulvis unus pro sanando dorsum equi, vel garrese, talis est: Recipe vitem albam, tere ipsam et pone in olla rudi seu nova, et combure ibidem, postea pulveriza bene dictum pulverem, et, cum indigueris, eo utaris su-

dell' ovo et poi se lave con vinu tepedu, voi con acetu; et poi se ungia lu locu de qualunqua fele, et spargese de supre la pulve dela calce, la quale poneraiu in sucta in delu capitolo delu verme, voi supre la untione delu fele la pulve delo 'ncenzu usque che sia sanatu, et sia plena la plaga de racha supre untione, e la pulve se la plaga ene profonda. L' altru lu quale vale ad ossu nictu delu dossu. Unguase lu dossu e la plaga de mele, et gectace la pulve dela galla, voi la cenere calla mestecata cull' olio.

Cap. LXXXVII. — Dele puzule, voi pustole, le quale nasce in delu dossu delu cavallu.

Fase alcuna volta alquante puczule, voi pustule, et excorticatione in delu dossu delu cavallu, de la quale la cura, per li rimigi et cure dicte in dele prossime rubriche de supre, assai se po' manefestare. Lu enplastu a maturare le pustule et le inflatione, et tucte le pusteme sì in dell' omini, sì in deli bestie: Recipe la farina delu furmentu et bulla in dell' acqua dele malve usque chessia spessa. E ponase de supra et spesse fegata ce se mute, ca ceptu se matura.

Cap. LXXXVIII. — Deli pulvi da sanare lu dossu, voi lu guarrese, delu cavallu.

La pulve pro sanare lu dossu delu cavallu et lu guarrese ene cutale. Recipe la vite alba et pistala et mitila in dela pingniata nova et ardela locu, et fanne pulve e, quando te ene in mistero, tu la usa,

perponendo. Item ed idem alius pulvis: Recipe mel et calcem vivam ana, seu calcem non extinctam, quæ simul impasta, et sub prunis, seu carbonibus, pone et combure, deinde pulveriza, et utere. Item alius pulvis ad malam carnem rodendam: Accipe prassium terraneum, et sicca fortiter in clibano, seu furno; postea bene tere, et utere. Item alius pulvis corrosivus preciosus et consolidativus contra omne vulnus tam hominum quam equorum: Recipe de petiis panni de lana quæ sunt coloris bruni, vel persi, et de caudis alliorum, fabis et sale, et reple manu ollam unam rudem sive novam per modum qui sequitur: primo ponas unum solarium de petiis prædictis; secundum solarium sit de sale; tertium sit de caudis alliorum; quartum fit de fabis; quintum et ultimum fit de petiis supradictis: quæ solaria in dicta olla singulariter, quando ibi ponuntur, exprimantur, et postea omnia insimul ut nihil in olla remaneat vacuum; postea cooperias bene cum tegula, et luta cum luto sapientiæ, et pone in clibano, seu furno, et ibidem stet donec comburantur omnia. Post hæc pulveriza et cribra, ut si quid incombustum est non descendat; quia quod descendit melius et utilius est. Si equum curaveris, ablue vulnus cum vino vel cum salamora, postea prædictum pulverem superpone.

Cap. LXXXIX. — Ad guttam renalem seu morsuram Equorum.

Ad equum qui habet guttam renalem fiat tale remedium: Primo transeat equus natando aquam currentem, deinde uratur, seu decoquatur, in iunctura

supre ponendula. A quellu medenmu l'altra pulve. Recipe lu mele e la calce viva gualemente et enpastale insenmura et mictela sula brasia et ardila et fanne pulve et usala. Altra pulve a corrodere la mala carne. Recipe lu frassenu terraneu et siccalu fortemente in delu furnu et poi lu trita bene et usalu. Ancora l'altra pulve corrosiva presiosa consolidativa contra onne plaga sì dell'omini, sì deli cavalli. Recipe de peza de pannu de colore brunu, voi de persu, et de code d'airu et de fava et de sale, e de queste cose inple una pignata nova pellu modu che sequeta: imprimamente poi unu sularu dele pecze decte, e lu secundu sularu sia de sale, lu terzu sularu sia de code de airi, e lu quartu sularu sia de fava, e lu quintu et ultimu sularu sia dele pecze supradecte; le quale solara in dela decta pignata ad unu ad unu, quannu se mecte in dela pigniata, ce se prema, et poichè sone tucte queste cose in dela pigniata non ce remanga vacuu, et coprila bene c'una tegola et lutala de lotu sapinu et mictela in delu furnu et locu stea fine che tucte se arda; e poi la pulveriza et cernila, che sece ene remasa alcuna cosa non arsa, non vada in dela pulve; ca quellu chenne cade, ene plu utele et è megliu che quellu che remane. E, se voi curare lu cavallu, lava la plaga culu vinu, voi cola salamora, eppoi ce iecta la decta pulve.

Cap. LXXXIX. — Ala gocta dele rine, voi muccecatura.

Alu cavallu che ane la gocta renale facciase cotale remeia. Inprimamente passe lu cavallu notannu l'acqua corrente, et poi se coqua in dela iun-

super hanchas, postmodum fiant duo setones inter ambos pulsus coxarum a capite anchæ, similiter fiat in anterioribus cruribus. Dicitur etiam alias hæc passio morsura renum, eo quod maxima pars humorum subito mordicat, et equos immobiles cum tota posteriori parte corporis facit; nam quasi ex gutta caduca subito in terram cadit, et humorum concursus cito ad cor fit; et sic infra duas vel tres horas moritur. Et accidit hæc passio potius in calido tempore, quam in frigido, propter calefactionem et dispositionem humorum. Cura. Vena grossa inter ambas coxas, et vena quaæ est sub cauda, in latitudine trium digitorum anchæ, incidatur, sanguisque ex naribus extrahatur; et hoc non tarde, quia differre malum est. Sanguis vero usque ad defectionem fluere dimittatur, quia ubi immoderata repletio, ibi evacuatio necessaria est. Si vero post convalescentiam renes debiles habeat, post aliquos dies duæ cocturæ per medios renes fiant, et trifolium tritum cum adipe super adusta loca, seu cocturas, ponas, ut pili desuper renascantur.

Cap. XC. — De spallato Equo.

Contingit aliquando in spatulis equi quædam laesio, quando spatula resilit a suo naturali loco, quare cogitur claudicare. Accidit autem in equi gressu vel in cursu quando laborat ultra velle, vel cum versus terram premitur indirecte; quandoque fit quando pedes posteriores casualiter anterioribus vinculantur; quandoque fit propter calcium ictus. Cura. Ex quacunque causa læditur spatula, ponatur stelletta conveniens sub læsione spatulæ per unum submissum, ut humores illuc defluant, et exterius educantur, sæpius in die stel-

tura supre l'anche, poi gle se mecta de setone intre anmura la pulzura dele cosse dalu capu dell'anche; e simigliantemente se faccia in dele ganme de nante. E dicese alcuna fiata questa passiune morsura de rene, inperzochè la maiore parte deli humuri subitamente muccica, et fa quelli non mobili cun tucta la parte de retu, cha quasi in terra cade subitamente comu per gucta caduca, e lu cursu deli humuri ceptu vane alu core, et sì in due voi tre hore more. Et abene questa passione maioremente in tenpu callidu che in tenpu frigidu, per lu scallare et per la dispositione deli humuri. Cura: la vena grossa intre anmura le cosse posta, e la vena la quale ene sula coda, tre deta da longa dala nateca se tagle, e traglese lu sangue dele nare. Et questu non tarda, ca de perlogarelu ene male. E poichè guarisse ane assai devole le rene, e per alquanti die se facie due cocture per meze le rine, e lu cerfolu pistu cula sungnia se pona sopre le cucture, chè ce renasca li pili.

Cap. XC. — Delu cavallu spallatu.

Convenese alcuna feata in dele spalle delu cavallu una lisione, quando la spalla se parte dalu locu naturale... quanno se non preme dirictamente in terra. Et alcuna fiata se fane quanno li pedi de retu per anbengensa se piglia colu pede de nanti. Et alcuna fiata se fane per culpu de calce. La cura: per qualunqua accasione la spalla aia lesiune, mectaglese la stellaza convenevole sucta la lisiune dela spalla unu sunmessu, chè li humuri curranu a quellu locu et escane fore, spesse feata in die spressandu

lettæ locum manibus undique comprimendo, ut putredo citius educatur; equus etiam parvo passu ducatur, ut ex motu citius humores ad locum stellettæ deriventur, et postmodum exeant. Deinde fiat tale strictorium: Recipe picis græce, masticis, thuris æqualiter, et aliquantulum sanguinis draconis, et de pice navali quantum de omnibus supradictis, terenda terantur, et cum pice navali liquefiant. Deinde tale emplastrum calidum, quantum pati poterit, ponatur supra locum spatulæ læsum, universaliter extendendo ipsum super totam spatulam. Postea vero stuppa minute incisa spargatur super dictum emplastrum. Ad idem valet satis, si in loco læso ponantur setones ad crucem, et agitentur frequenter, ut, ex eorum agitatione continua, confluentes educantur humores. Item ad idem, quod ultimum remedium est. Locus spatulæ tam per longum, quam per transversum, decentibus lineis decoquatur; quoniam ignis naturaliter humores desiccat, et restringit.

Cap. XCI. — De gravedine pectoris.

Accidit aliquando quod pectus equi intantum gravatur quod equus videtur in suo gressu impediri, quod contingit ex habundantia et superfluitate sanguinis, vel aliarum humiditatum ad pectus confluentium, quæ, propter immoderatum laborem vel onus superfluum, dissolvuntur. Cura. Minuatur equus ab utraque parte pectoris de venis consuetis; deinde setones congrui super pectore fiant, bis eos in die (veluti in capitulo de Verme dicetur) agitando. Prædicti autem setones ad minus per quindecim dies portentur; vel astelletta

con mane lu locu dela stellecta chè la sania plu cectu n'esca, e lu cavallu se mene a pizulu passu, chè, per l'andare, li humuri plu cectu venianu alu locu dela stellecta et escane. E poi gle se faccia cutale stricturu. Recipe de pece greca e de mastice, et de incensu gualemente, et unu pocu de sangue de dragone, et de pece navale tantu quantu che de tucti l'alfre cose supradecte, et quelle che so' da tritare, se trite et stenperese cula pece navale. De lenne cutale enplastu se pona tantu callu, quantu lu cavallu lu po' sostenere, et stendase supre tucta la spalla, e poi se pona la stoppa tagliata supre quellu enplastu. Ad idem: valece assai in locu ladutu, voi infermu, mectacese le setone ala cute et menese spessu, chè per quellu menare assiduu li scurrente humuri senne cacce. A quellu medenmu: lu ultimu remeiu ene che alu locu dela spalla se dea convenevele focu per longu et per traversu, ca lu focu naturalemente dessecca et restrenge li humuri.

Cap. XCI. — Dela graveza delu pectu.

Alcuna feata abene che lu pectu delu cavallu se greva tantu, che lu cavallu pare inpedementitu de-l'annare; la quale cosa abene per l'abundantia dela superfluitate delu sangue, voi de altru humiditate currente alu pectu; le quale per la smodata fatiga, voi incarcu superfluu, se dessoglenu. La cura: sangese lu cavallu de là e de quà delu pectu dele vene che sole saniare. Et mectanglese li setoni convenevele sulu pectu, et menase doe fiata in die, comu se decerane in delu capitulu delu verme. E li dicti

in utraque spatula ponatur. Et per has curas equus a gravedine pectoris curabitur.

Cap. XCII. — De Equo aperto ante.

Si equus fuerit apertus ante, sic cura ipsum. Primo pastora ipsum ex ambobus pedibus anterioribus, et minue ipsum de ambabus venis pectoris, postea dimittatur stare, ita stricte pastoratus, usque ad novem dies, lavando sibi frequenter, saltem mane et sero, pectus vino calido; et curabitur.

Cap. XCIII. — De Equo scalonato, sive de malo anchæ.

Accidit alia læsio equo casualiter caput hanchæ movens, vel separans aliquando, a loco ubi consueverat naturaliter commorari; quæ de levi accidit in gressibus equi vel cursu cum pedes eius labuntur ultra velle; vel cum premitur pes versus terram indirecte; vel cum pedes posteriores sectius anterioribus vinculantur. Et equus hoc patiens vulgariter dicitur scalonatus. Cura. Per omnia fiat sicut dicitur supra in capitulo de Spallato.

setone alu menu per quinnici dì se porte, voi le stellacze in dell' una parte et l' altra spalla se mecta. E per queste cure lu cavallu se cura dala graveza delu pectu.

Cap. XCII. — Delu cavallu apertu denanti.

Se lu cavallu ene apertu denanti, cusì lo cura: inprimamente lu inpastura de anmura li pedi denanti, et sangialu de anmura le vene delu pectu, e poi se lasse stare inpasturatu usque a nove die lavandogle lu pectu spessamente la demane e la sera de vinu callu, e sarrane curato.

Cap. XCIII. — Delu cavallu sculmatu, voi delu male dell' anche.

Un altra lisione abene alu cavallu, per alcuna accasione, movente lu capu dell' anca, voi alcuna fiata partentelu da lu locu duve se sole naturalemente demorare; la quale ligeramente abene in del' andare, voi in delu cursu delu cavallu quannu lu pede soe scurre plu che non vole, voi quando se prema in terra non dirictamente. Voi quandu li pedi de retu appicza culi pedi de nanti. E lu cavallu questu patente dicese vulganamente sculmatu. La cura: onne cosa glese faccia comu ene dectu nelu capitulu delu spallatu.

Cap XCIV. — De Equo monfondito.

Si equus fuerit monfonditus, scinde pellem supra fontanellam anchæ per digiti unius mensuram, et descarna per transversum ad mensuram unius digiti; deinde accipe paleam unam vacuam, et imple eam argento vivo, et pone per transversum ita plenam; postema resume corium, et pone super paleam cum manu, ita ut dispergatur argentum vivum quod intus in palea est, et dimitte sic eum donec fuerit liberatus.

Cap. XCV. — De stortilliatura Equi, sive scossatura.

Accidit pluries quod iunctura cruris posterioris, iuxta pedem, læditur et patitur ex aliqua violenta percussione in aliquo duro loco, vel ex alio forte, vel ex præcipitatione, gressu, vel cursu equi, aut cum pes equi versus terram premitur indirecte. Et quia ille locus est nervosus et arteriis plenus et intricatus, ideo delicatus, et patiens cogitur propter hoc claudicare. Et equus hoc patiens dicitur stortilliatus, sive scossatus. Cura. Furfur in aceto fortissimo agitetur, et de sepo arietino sufficienter immisceatur, quæ simul usque ad spissitudinem bulliant et coquantur agitando; deinde intantum calidum, inquantum tolerare equus poterit, super iuncturam dolentem ponatur, ligando eam bene cum pecia, et hoc bis in die renovetur. Si vero iunctura aliquid tumoris habuerit, propter indignationem nervorum, fiat emplastrum fænigræci, seminis lini et squillæ, et aliorum, sicut infra in capitulo de Attincto dicetur. Quod emplastrum ponatur postea super iun-

Cap. XCIV. — De monfonditu cavallu.

Se lu cavallu sarrà monfunditu, finde la pelle supra la fontanella dell' anca per misura d' unu detu, e desbaldralu per traversu a misura de unu ditu, et agi una paglia et inplila d' areientu vivu et puila per traversu cusì plena; e poi lu recusi lu coru et prime supre la paglia cula manu chese spanleie l' areientu vivo che ene entru in dela paglia. E lassalu stare cusì fine che se libere.

Cap. XCV. — De stortigliatura, voi scussatura.

Presure fiata avene c' alcuna volta ala iuntura dela ganma de retu appressu lu pede pate lisione, et pate lisione per violenta feruta in alcunu duru locu, voi forsia per alcunu conmzamentu de cursu delu cavallu, voi quannu lu cavallu non pone lu pede planu in terra. E perciochè quellu ene nervosu e plenu de artarie et intricatu, et perciò ene delicatu, e perciò lu cavallu patente cutale lisione zoppeca. E lu cavallu se dice storliatu, voi scussatu. La cura: in dela brenna micta l' acetu fortissima et mestecala, et de sevu montoninu ce mesteca sufficientemente, et bullanu insenmura chè vengnia a spessitudine, et cocase mestecandole. E poila sopra la iuntura tantu calla quantu lu cavallu la po' sustenere, legandula c' una pecza bene, et remutecela dui volte in die. Et se la iuntura averà alcun tumure, per lu corrocciamentu delu nervu, facciase unu enplastu de fenu crecu, et de semente de linu

cturam læsam. Si autem occasione stortilliaturæ os iuncturae a suo loco aliqualiter moveatur, pes equi sanus, socius claudicantis, elevetur in altum et in cauda patientis ligetur, prout melius fieri forte valebit; deinde ducatur ad manum versus loca montuosa paululum ambulando, quoniam ex necessaria oppressione versus terram, os, disiunctum ab alio, ad locum suum, prout expedit, redigetur; prius tamen prædicta mollificativa fieri debent. Accidit autem aliquando quod ossa iuncturæ taliter disiunguntur, quod vix ad locum debitum redigi possunt, unde contingit iuncturam durissimo tumore inflari, et ideo, ut curetur, necesse est ignis beneficio subvenire. Et nota quod, post omnium medicaminum experientiam et prædictarum curarum, ignis ultimum remedium esse debet.

Cap. XCVI. — De Equo qui emittit intestinum foras anum.

Si equus emittat intestinum foras anum, accipe salem bene tritum, et sparge super intestinum, et remitte intestinum parum in anum; deinde accipe de lardone ad modum suppositorii, et immitte intus, et postea superpone malvam coctam donec sanetur.

Cap. XCVII. — De inflatione testiculorum.

Accidit aliquando equi testiculos diversis ex causis tumefieri, seu inflari, quod satis aliquando periculosum existit. Fit autem ex humorum superfluitate illuc de-

et squilla, et de altre cose, cusì comu se decerane in delu capitolu delu attentu; lu quale enplastu se pona supra la iuntura lesa. E se abene per storti-gliatura che l'ossu dela iuntura sia unu pocu mos-setu dalu locu soe, lu pede sanu, conpangione delu zoppecante, levese in altu et leghese ala coda, comu meglio se porrà legare. E menese anmane per lo-cura muntuosa appocu annandu, ca per necessaria oppressione premerà in terra, e l'ossu desiuntu dal-l'altru retornarane alu locu soe como se convene; tame inprimamente se ce faccia le cose mollificative. Et abene alcuna fiata che l'ossa dela iuntura se desiunge in tale modu, che appena po'returnare alu locu che deve, unne se convene ala iuntura inflare de durissimu tumore, et acciò che se cure ecce ne-cessariu lu benefitiu delu focu. Nota che po' la pro-vanza de tucte medecine, zoene dele predecte cure, devece essere lu ultimu remeio delu focu.

Cap. XCVI. — Delu cavallu che caccia fore lu intestinu.

Se lu cavallu caccia fore lu 'ntestinu, piglia lu sale bene trictu et spargilu supra lu intestinu, et remecte lu intestinu unu pocu in dentru. E piglia delu lardu, a modu de suppustame, et mictelu en-tru et poce la malva cocta fine chesse sane.

Cap. XCVII. — Dela inflatione deli cogluni.

Avene alcuna fiata li testiculi delu cavallu per diversi accasiuni intunmire, voi inflare, la quale cosa ene assai periculusa. Et e'fase per superfluitate

currente, propter ipsorum in corpore plenitudinem; quod contingit maxime in vere et herbarum tempore propter tempus humidum et humiditatem herbarum, quibus humores augentur. Fit etiam ex immoderato labore vel onere, cum rumpitur pellicula, quæ manet inter intestina et testiculos; quare cadunt intestina in osseum, et exinde testiculi satis inflantur. Fit etiam cum ex præsentia ventositatis inflantur, quandoque ex humore concluso, quod provenit ex indigestione, hæc enim animalia, quia indiscrete cibis utuntur et potibus, in ipsis ventositates et multa superflua procreantur, quæ quandocumque per suum meatum ad osseum derivantur, et tumorem sive inflationem ibidem constituunt. Cura. Accipe acetum fortissimum et cretam albam tritam, et intantum agitentur ad invicem quod fiat velut pasta mollis, immiscendo ibidem de sale bene trito, et de tali pasta liniantur omnes testiculi sufficienter, bis vel ter removendo pastam in die. Item ad idem valet satis, si patiens equus teneatur mane et sero, per competens spacium diei, in aqua frigida et velocissima, ita quod aqua cooperiat testiculos. Item ad idem valent fabæ fractæ bene coctæ cum axungia porcina nova, sicut parantur ad comedendum, et postmodum super testiculos decenter calidæ superpositæ ita, quod tegant inflationem seu tumorem. Si vero tumor testiculorum fiat propter casum intestinorum in oscum, castretur patiens; et, extracto læso testiculo vel ambobus, intestina ad suum locum reducantur interius. Postea ruptura illa cum ferris lætis circumcirca undique decoquatur, deinde curetur vulnus, sicut vulnus bursæ testiculorum equi castrati; ruptura vero pelliculæ, quæ siphat dicitur, ut in pluribus, incurabilis esse censetur. Item ad idem: Si inflatio ex ventositate processerit, quod cognoscitur per tactum et minoris doloris sensibilitatem, hæc adhibean-

de'humuri correntece per la luru plenetudine in delu corpu, la quale cosa se avene in dela primavera et in delu tenpu dele herbe, per lu tenpu humidu et per la humiditate dele herbe per le quale li umuri crescenu. E fase pre smodata fatiga, voi incarcu, quannu se runpe la pellicula, la quale ene intre le intestina e li testiculi, per la quale cosa li intestina cadenu in dela bursa deli testiculi, e de lenne li testiculi assai inflanu. Alcuna fiata per humure condusu, lu quale pervene per la indegestiune, cha queste animalij, usannu cibura quasi non discretamente et de bevere, in quelle se crea ventusitate et multe superfluitate, le quale alcuna volta per soi inmeatu descenganu ala bursa, et urdenano locu inflatione et tumure. La cura: acci l'acetu fortissima et la creta bianca pista, et intantu se demene in senmura che se amolle comu pasta mesticanduce de sale bene tritu. E de cotale pasta, se unga bene li testiculi sufficientemente dui, voi tre fiata, indie renovannu la pasta. A quellu medenmu vale assai se lu cavallu, infermu dela decta infermetate, se tene in nell'acqua la demane e la sera per convenevele spatiu, et sia acqua corrente et che copra li testiculi. A quellu medenmu vale la fava franta, bene cocta cola songnia porcina nova, cusì comu se accuncia da manecare, et poi se pona calla supre li testiculi convenevelemente, sichè collega tucta la inflatione, voi lu tumore. E se lu tumure deli testiculi se faccia per cadimentu deli intestini in dela bursa, castrase et, tractene lu testiculu lesu, voi anmura, le intestina se remene da intru alu locu soi. E poi quella ructura cun ferri late se coca d'onne parte denturnu denturnu, e de lenne se cure la plaga, comu se cura la plaga dela

tur remedia. Accipe querculam minorem et cum cimino bene contere, deinde decem vitella ovorum elixorum similiter terantur et pistentur, et insimul cum succo fæniculi et anisi incorporentur, postea emplastrum tepidum super inflationem ponatur. Item ad idem: Recipe absinthium et porros, sive cæpas coctas sub prunis, et fac omnia simul bullire in aceto fortissimo, deinde ponatur epithima supra tumorem. Item ad idem: Recipe fabas elixatas et bene coctas cum farina frumenti et larido, seu axungia, et supra tumorem pone, quia mire prosunt. Si vero tumor, seu inflatio, processerit ex humoribus in loco reclusis, quod cognoscitur per durum tactum et majorem doloris sensibilitatem, emplastra frigida ad humorem alterandum et ad deinflandum superponantur, sicut est emplastrum factum de brancha ursina, crassula, semperviva, cymbalaria, quæ simul bene pista, supra tumorem ponantur. Post tertium vero diem emplastra superius posita ad maturandum et ad deinflandum fiant, et etiam in locis aliquæ calidæ unctiones, minutione tamen superpositæ tibiæ præcedente. Cum vero ad maturitatem pervenerit, phlebothomo, seu ferro ad hoc apto, pungatur ut sanies inde exeat.

Cap. XCVIII. — De castratione Equorum.

Scias quod in castratione equorum magnum periculum est, nisi diligens adhibeatur cautela. Igitur di-

vorsa deli testiculi delu cavallu castratu. E la roctura dela pellicula, la quale se chiama siphae, in presuri se iudica incurabile. A quellu medenmu: se la inflatione procede dela ventusitate, conoscese toccandula, et congnoscese per menure senture de dolore, queste remedia glese faccia: Pillia la cerquiliorla minore e pistala bene colu ciminu, e dece vitella d'ova lesse semegliantemente se piste insenmura culu sucu deli finochi et anaci chesse incorpure. E cotale enplastu tepegliu se pona sopra la inflatione. A quellu medenmu: recipe l'assensu et li porri, voi le cepolle, cotte sula brasia, e falle tucte bullire in acetu forte et ponase supra lu tumure. L'altru: Recipe la fava lessa cola farina delo formentu et culu lardu, voi assungnia, et puila supra lo tumore ca meravegliosamente ce fane prode. Se lu tumure, voi l'inflatione, procede de humure reclusj in delu locu, congnosce per duru toccamentu et maiore sentore de dolore; ponaglese de supra l'umure, voi inflatione, enplastu frigidu a mutare lu humore et a dessenflare, cusì comu ene lu enplastu factu de branca ursina, e la grassella et la sempreviva cula cimbalaria, le quale pista bene insenmura et poile supre lu tumure. E po' lu terzu die le enplastu sopreposti a maturare et a stunmire gle se faccia. E facciaglese a quelle locura alcune callide untione, tame sangiannuse innante. E quannu vene a maturitate, poncechese culu flectumu, voi cola lanceta, ch'enne esca la sania.

Cap. XCVIII. — Dela castratione deli cavalli.

Sacci che in dela castratione deli cavalli ene granne periculu, forsia se se non fane con diligente

ligens marscallus de mense martii, aprilis vel maii, luna decrescente, equum castrare debet, prius tamen per duos die equus debet abstinere a potu. Et quia castrare eos cum ferro periculosum existit, et nisi marescallus sit assuetus, et bene expertus in arte illa, quasi omnes periclitantur, melius est et tutius castrare eos, sive torquere, sicut in bobus fit, quia hoc fit sine periculo. Et cum torquentur, rumpantur bene omnes nervi, ut equus bene omnem superbiam perdat; nam si aliqui nervi dimittantur, retinet equus de superbia. Et, facta tortura testiculorum, unguantur coxæ et etiam loca quotidie, usque quod locus fuerit deinflatus, oleo olivarum aliquantum tepido, et equitetur aliquantulum quotidie lento passu, quousque equus fuerit perfecte curatus. Item aliud experimentum optimum ad castrationem equorum, et est melius et securius præcedente. Præcedens enim experimentum vix habet locum nisi in pullis, equi enim nervos habent adeo fortes et duros, quod si castrentur ad modum bovum seu torqueantur, citius corium rumpetur quam nervi testiculorum frangantur; propter quod posset eis mortis periculum imminere. Et hoc experimento utuntur communiter Syri, ultramarini, et generaliter omnes orientales, qui indifferenter castratis equis utuntur. Debet autem dictum esperimentum tempore veris fieri, vel tempore autumnali, ut nec in nimio frigore nec ab intemperato calore equi possint offendi. Postquam autem equus cum omni cautela et mansuetudine, quæ consuevit in talibus adhiberi, fuerit ad terram projectus, pedibus fortiter alligatis, volvatur supinus; deinde habeatur una tabula planissima, fortis et sufficienter grossa, seu spissa, quæ a quolibet latere rotundetur, seu fiat rotunda ita quod nullomodo ab ipsis lateribus possit incidere, et sit lata inquantum bursa testiculorum possit protendi; ita

cautela. Adunca lu bonu marescalcu delu mese d'aprile, voi de maju, quandu assema la luna, deve castrare lu cavallu; e dui die innanti deve sostenere lu cavallu da bevere. E perzò che ene pericolusu castrare culu ferru, forsia lu marescalcu none bene accustumatu et ben insegniatu in quelt'arte quasi tucti li cavalli che tocca pere... E quando se torce, runpase bene tucti li nervi che lu cavallu perda onne superbia. Ca, se gle lassa alcune nervi, tene lu cavallu de superbia. E, facta la tortura deli testiculi, ungaglese le cosse d'oliu de uliva, unu pocu tepegliu, e le locura fine ac tantu che lu locu sia desenflatu, e cavalcase onne die unu pocu a lentu passu fine a tantu che lu cavallu sia perfectamente curatu. L'altru octimu experimentu ala castratione deli cavalli, et ene megliure e plu securu che lu experimentu dectu. Ca lu experimentu dictu non è locu se none in deli pulitri. Li cavalli perciò ane nervi duri et forte, chè se se torce a modo deli bovi, e plu ceptu se runpe lu coru, chesse non ronpe li nervi deli testiculi, per la quale cosa poterà avenire ad illi periculi de morte. E questu esperimentu usanu de fare li ultra marini, et senza nulla defferentia generalmente tucti l'omini de oriente, li quali, usannu de castrare li cavalli, fanu questu experimentu. Devese fare questu experimentu in delu tenpu dela primavera, voi in delu tenpu de autunnu, chè alu cavallu non noccia lu grande fredu, nè lo stemperato callu. E dapoi che lu cavallu, con onne cautela et onne humilitate la quale sole avere in cotale cose, sarrà gectatu ad terra, essaragle legate li pedi fortemente, sia voltu a supina. E de lenne se trove una tabula planissima et forte et sufficientemente grossa, la quale

tamen quod testiculi, seu ova testiculorum, remaneant extra tabulam, et communiter latitudo unius plantæ sufficere consuevit. Hæc tabula perforetur a quolibet capite, ita quod ab uno foramine ad aliud ad plus sit distantia unius palmi, deinde habeatur chordula, seu chorda, fortis, facta ex canabe, vel de serico, quia fortior esset, et dicta chordula per foramina tabulæ intromittatur. Post hoc bursa prius tamen testiculorum manibus fricatorum et extensorum, inter tabulam et quendam baculum bene rotundum et grossum in quantitate unius grossæ lanciæ, vel pistilli ad salsamentum pistandum, ponatur; et dictus baculus simili modo sicut tabula perforatus, immissa chordula in foraminibus ut tabulæ bene adhæreat, cum uno tortorio, inquantum fieri poterit, tabulæ constringatur. Quo facto, supra baculum cum uno malleo ligneo oportunis ictibus feriatur, sive percutiatur, et sic testiculorum nervi frangantur omnes vel in parte si peritus artifex velit. His peractis, et nervis testiculorum sic fractis, ungantur crura et venter et omnes partes illæ circa testiculos, seu testiculis adiacentes, oleo olivarum aliquantulum calida, et hoc fiat quousque loca illa et circumadiacentia fuerint deinflata. Custodiatur autem bene equus quousque fuerit curatus, a vento, et equitetur quotidie lento passu mane et sero. Scias autem quod testiculi paulatim incipient desiccari, et adnihilabuntur adeo, quod nullatenus apparebunt, bursa testiculorum integra remanente. Et nota, quod si velis quod equus perdat omnino omnem superbiam, facias quod omnes nervi prædicti frangantur. Si autem velis quod perdat in parte, facias quod in parte frangantur.

da onne latu se faccia rotunda, sicchè dale latura questa tabula non poza tagliare. Et sia lata quantu se pone stendere la bursa deli testiculi, voi le ova deli testicoli, tame che li testiculi, voi l'ova deli testiculi, remanga fore dala tavola, e comunamente ce se sole vastare la tabula lata de una planta. E questa tabula se pertonna da ciascasunu capu, sichè dall'unu forame all'altru sia da longa unu palmu a lu plu. De lenne sia trovata una corda forte, facta de cannova, voi de sirecu, ca fora plu forte, e la decta corda sia messa per quelle forame dela tavola. Et poi la bursa deli testiculi, innante tame fricate culi mane, et stese inter la tavola et unu bastone bene rotundu e grossu in quantitate de una grossa lanza, voi de unu pistellu da pistare la salza, ce se pona. E lo dectu bastone sia pertossu comu la tavola, et sia messa la corda in quelle forame chesse conestrenga bene ala tabula, et cun unu turturu se strenga tantu bene quantu bene se po' strengere lu bastone ala tabula. E poi ch'è factu, ferase de supra alu bastune de' boni culpi cun unu maglo de lenu, et sì li nervi deli testiculi se ronpanu tucti, voi in parte se vole lu mastru bene insengniatu. E poi ch'è factu questu, e li nervi deli testiculi sone rupte, ungase le ganbe e lu ventre et tucte le parte contra lu testiculi, voi le parte aiacente ali testiculi, de l'oliu de uliva unu pocu callu. E questu se faccia fine actantu che le locura tumide, voi inflate, de inturnu ali testiculi dessenfle. E guardese bene dalu ventu fine chessia curatu, et cavalchese onne die a lentu passu la demane e la sera. E sacci che li testiculi se comenza asseccare appocu appocu, sine che non apparerane niente, et la bursa deli testiculi remanerane inte-

Cap. XCIX. — De inflatione crurium.

Accidit aliquando quod crura equi posteriora universaliter intumescunt, quod ex humorum superfluitate decurrentium ad crura contingere consuevit, cum multiplicantur aut dissolvuntur, et ad infima loca decurrunt, unde tempore tenerarum herbarum hoc maxime provenit, propter humiditates vel humores in corpore augmentatos, qui, confluentes ad crura, tumores inducunt et patientem in posterioribus pigrum et gravem efficiunt. Vocatur autem hic morbus inflatio crurium. Cura. Illaqueetur prius sursum in coxa patientis vena magna cruris tumefacti; et, evacuato sanguine sicut decet, accipiatur creta alba trita decenter cum aceto fortissimo, et cum eis misceatur de sale bene trito, et simul omnia agitentur, et fiat exinde velut pasta, et de tali pasta tumor cruris totaliter impastetur bis in die jugiter renovando. Item ad idem: valet stercus caprinum dissolutum in aceto fortissimo cum tantundem farinæ ordeaceæ agitatum et in modum pastæ redactum, deinde crus inflatum ex eo totaliter emplastretur, bis in die renovando, ut supra dixi. Item ad idem: valet si, abraso prius loco, sanguisugæ plurimæ circa crus tumidum undique apponantur; nam, propter evacuationem sanguinis, minuuntur humores ibidem congregati. Item ad idem: coquantur ebuli cum radicibus, et laventur sæpe crura. Item: ebuli cocti cum radicibus, et aliquantulum contriti, et circumligati, post lotionem prædictam, mirabiliter valent. Item: lavare

gra. E nota che se tu voi che lu cavallu perda onne superbia, fane che tucti li decti nervi se runpa. E se voi ch'enne perda in parte dela superbia, fane che in parte se ronpa deli nervi.

Cap. XCIX. — Dela inflatione dele ganme.

Spesse feata avene che le ganme de retu, universalemente se inflanu, chè sole avenire per superfluitate de humuri descurrenti ale ganme, cannu se multiplica e dessoglese li humuri correnu alle locura suctalce. Unne in delo tenpu dele herbe tenere questu spitialemente pervene ali cavalli per la humiditate, voi per li humuri accrescuti in delu corpu; li quali, scurrente ale ganme, inducenu tomore, e lu cavallu infermu fannu greve de retu. E questu male se chiama inflatione de ganme. Cura: allaccese inprimamente, sune in dela cossa, la mastra vena dela ganma intunmita. E, poi chene vacuatu lu sangue, se convene, piglese la creta blanca stemperata con acetu fortissimu et con elle se mesteche sale bene tritu, insenmuramente se mesteche chè se faccia comu pasta... L'altra cura: a questu vale lu stercu caprinu dessoltu nel'acetu fortissimu con altrettanta farina d'oriu mestecatu e raductu a modo d'una pasta; et de lenne la ganma inflata tucta ne sia inplastata dui fegata in die, renovando comu dixi. L'altru: vale se inprimamente rasu lu locu, le sangesuca multa ala ganma tumida, segle pona d'onne parte. Ca pela cavatione delu sangue gle s'assema li humure locu adunati. A quellu medemu: Recipe la herba deli gebli cole radicine et cocase troppu bene, et de lenne quella

crura cum succo radicum et foliorum ebuli mirabiliter inflata desiccat et deinflat et subtiliat multum crura et humores constringit. Item ad idem: Recipe radicem filicis, et tere cum melle et axungia, et fac unguentum, et unge crus inflatum per omnia loca tumoris; quia multum confert. Si vero propter hæc omnia tumefactio non decrescat, tunc inflata crura decentibus urantur cauteriis seu cocturis; curentur vero cocturæ sicut infra in Capitulo de Ierda dicetur.

Cap. C. — De cruribus obliquis.

Obliquitas crurium fit ab errore naturæ, ut supra dictum est; cui taliter subvenitur: Si crura posteriora interius obliquantur, percutiendo vel interferiendo unum pedem cum alio in gradiendo, decoquantur, ferris ad hoc idoneis, in interiori parte coxarum iuxta testiculos, faciendo in utraque parte coxarum tres lineæ ex transverso, deinde, more solito, iugiter equitetur, quoniam in suo gressu cogitur unam coxam cum altera tangere vel confricare, unde, ex frequenti coxarum contactu ad invicem, quædam ibi nascitur excoriatio ad modum plagæ, propter prædictas cocturas, quæ ardorem equo in ambulando infert, unde sentiens ardorem equus necessario incedit largius solito, cavendo sibi pro posse ne confricentur cocturæ ad invicem, ne sentiat inde ardorem. Similiter fiat de anterioribus, si anteriora crura obliqua habuerit equus, faciendo coctu-

coctura de quella herba se lave spessamente quelle ganme inflate et sarrà curatu. Ancora li ebli culi radicine cocte et unu pocu piste, e legati supra lu tumure, d'apoi ch'è lavatu, vale meravegliosamente. Ancora lavate le ganme cola coctione dele radicine e li foglia deli iebli, meravegliosamente dessecca le ganme inflate, e dessenflale et assuctiliale, et li humuri conestrenge. All'altru: Recipe la radecina dela felce e pistala colu mele et cola songnia, e fanne unguentu et ungenne la ganma inflata et pone locu delu tumure, ca multu ce iuva. E se per tucte queste cose lu tumure non assema, siagle datu lu focu convenevelemente. E curese le cocture cusì comu se dice de sucta in delu capitolo dela Ierda.

Cap. C. — Dele ganme torte.

La torteza dele ganme se fane pre erru de la natura, comu ene dectu de sopra, alo quale glese subvengnia cusi. Se le ganme de retu se torce indentru intreferennu l'unu pede coll'altru annandu, deaglese lu focu convenevelemente cu ferri a zò dala parte da entru dale cosse, appresso li testiculi, facendu dall'una all'altra parte dele cosse tre righe delu dectu focu per traversu; e delenne se cavalche comu sole. Ca in delu soe andamentu conestrenge l'una cossa coll'altra et toccase et confrecase insenmura. Unne per lu spessu tartisiare dele cosse insenmura, nascece una excoriatione a modu de plaga per le decte cucture, le quale dane ardore alu cavallu in del'annare. Unde sacci per l'ardore de necessitate lu cavallu anna plu largu che non sole, guardandose assoi potere che le cocture non

ras, videlicet in lacertis: et sic crura obliqua, si non ad plenum, aliquo tamen modo emendantur.

Cap. CI. — De punctura calcarium in spatula, vel alibi.

Accidit aliquando quod propter puncturam calcarium, in ea parte fit quidam tumor, seu inflatio, quod propter nervorum accidit læsionem. Cura. Abradatur locus ille, et fiat emplastrum quod infra in Capitulo de verme, anticor dicto, ponetur, videlicet: Recipe brancham ursinam, absinthium, hederam terrestrem, malvam, spargulam rubeam minorem, et rutam cum suis radicibus, quæ simul tere et decoque et supra tumorem pone, ita quod emplastrum sit tepidum, et circa puncturam calcarium cæpe vel porrum cum absinthio tritum et oleo olivarum supraponatur; et per totam tumefactionem fiat inunctio de dialthæa et oleo laurino. Item: ubicumque fuerit punctura calcarium abluatur locus cum aqua salsa, seu ex aqua salsa macera, et postmodum urtica pista superponatur. Item: si ex hoc ibi aliquis tumor contigerit, et sanies ibidem colligatur, fiat stuellus, vel stupinigium, de cyclamine, seu malo terræ, seu pane porcino, quod idem est, et inungatur ex sapone iudaico, et sic inunctus in foramine mittatur, ut sanies vel putredo egrediatur.

se freche insenmura, chè lu cavallu non ne senta ardore. Et semegliantemente se faccia dele ganme denanti; se le ganbe denanti ane torte, facciaglese le cocture; cioene in deli lacerti, se le ganme so' torte, et se le ganme non so' torte ad intuctu, tame in alcuna cosa se menda.

Cap. CI. — Dela poncicatura deli speruni in dele spalle.

Per la poncicatura deli speruni in dela spalla alcuna fiata abene che lu cavallu zoppeca, et in quella parte se fane unu tomore, voi inflatione; la quale cosa abene per la lisione deli nervi. Cura: radase quellu locu e facciase uno enplastu, lu quale enplastu se decerane in delu capitulu delu verme nante core. Cioene: recipe la branca ursina, l'assensu, l'elera terrena, la malva, et la spargula russia, e la ruta eola radicine soe, le quale insenmuramente se piste et cocile, et poi le pune supre lu tumore sichè lu 'nplastu sia tepegliu. Et ala poncicatura deli speruni, la cepulla voi lu porru pistu col'assensu et coll'oliu dela 'liva se suprepona, et per tuctu lu tumore se faccia la untione de dialtea et de oleu laurinu. Ancora: davunca ene la poccicatura delo sperone, lavese quellu locu de acqua salza, voi de salsa materia, e poi ce se puna l'ortica pista. Ancura sacci questu, che se alcunu tumore locu sarranne, et la sania se colega locu, faccia unu stuppellu delu malu terra, voi de pane pnrcinu, ca ene una cosa, et ungase de lu sapone deli iudei, et cusì untu lu stuppellu se mecta in dela plaga chè la sania n'esca fore.

Cap. CII. — De læsione falcis.

Læditur falx equi diversis occasionibus, aliquando læditur ex ictu calcis equi, aliquando ex spina vel trunco ibidem intrante, aliquando ex percussione in aliquo duro loco, unde falx equi læditur totaque tumescit. Et quia falx equi locus delicatus est et nervosus parumque carnosus, cum læditur ibi, equus affligitur, et patitur vehementer; vulgariter autem hæc læsio, falcis læsio nuncupatur. Cura. Si læsio falcis ex duri loci percussione, vel calcis ictu, contingat, radatur totus locus tumoris, deinde recipe absintium, parietariam, brancham ursinam et de foliis omnium eorum ana, et terantur cum axungia porcina veteri in bona quantitate, postea bulliant in aliquo vase mundo, et misceatur cum eis aliquantulum mellis, olei lini et farinæ tritici, agitando continue donec sit bene coctum, postmodum super læsionem falcis ponatur calidum, inquantum poterit sustinere, ligando cum aliqua pecia decenter, et hoc ter vel quater aut amplius, si expedire videbitur, renovetur in die. Item ad idem: valet satis succus absinthii et apii, et de cera et axungia veteri æqualiter, et aliquantulum vini albi et olei, et bulliant ad invicem, omnia simul agitando, et immiscendo ibi farinam tritici, vel frumenti, in congrua quantitate; quibus decoctis superponatur loco tumoris modo supradicto. Item ad idem: valet succus absinthii cum melle, butyro, et oleo ana, simul agitatis, et cum farina frumenti, decoctis et agitatis ut supra. Si vero læsio falcis fiat ex trunco vel spina intrante, curetur per omnia, sicut in curis vulnerum propter truncos vel spinas contingentium, ut ibi continetur aperte. Si

Cap. CII. — De lisione dele falce.

La falcia delu cavallu se lede per multi accasione, alcuna fiata ane lisione per culpu de calce de cavallu, alcuna fiata per spinu voi truncu intrante in quellu locu, alcuna fiata per urtatura de alcunu locu duru, unne la falcia delu cavallu ane lesiune et tucta intumedisce. E la falcia delu cavallu ene locu dellicatu e nervusu e pocu carnoso, e quandu lu cavallu ane lisione locu, affrigese et ane granne male. E questa passione vulganamente se dice lesiune de falcia. Cura. Se la lesione dela falcia ene per urtatura de duru locu, voi per calce, radase tuctu lu locu delu tumure. E de lenne agi l'assensu, la paritaria et la branca ursina, et dele fronde de tucte queste, quelle che sono tenere, gualemente, et pistase cola songnia porcina vecchia in bona quantitate. E dapoi bulla in vasu novu et mundu, et mestechece unu pocu de mele et d'oliu et de semente de linu, et de farina de granu, continuamente mestecandola fine chessia bene coctu. E dapoi supra la lisiune dela falcia se pona callu quantu po' sustenere, legandula con peza fortemente. E questu se faccia tre, voi quactru fiata, voi plu indi, se pare che ce sia in misteru, renovese. A quellu medenmu vale assai lu sucu del' assenzu et deli appli et la cira et la songnia vecchia gualemente, et unu pocu de vinu blancu, et de oliu, et bullanu insenmura mestecanduse et agiungendoce farina de granu convenevele quantitate, le quale cocte punase supra lu tumore. Ancora l'altru: vale lu sucu del' assenzu culu mele, culu bu-

vero illa tumefactio putredinem generaverit, quod sæpe contingit, coquatur pars tumoris inferior ferro cuspideo, ubi putredo magis inclinare videtur perforando, ut congregata exinde sanies educatur, seu egrediatur; deinde inungatur locus butyro, seu aliquo unctuoso, bis in die. Si vero tumor sit induratus sic, ut supraossum durum fiat, cocturis decentibus super corii superficie decoquatur.

Cap. CIII. — De spavanis Equi.

Fit quædam læsio, sive morbus, in equo circa garectum ex latere interiori subtus garectum parum inferius, quandoque tumorem adducens circa venam magistram, que dicitur fontanella, attrahens ibi humores assidue per dictam venam; unde cum fatigatur equus cogitur ex hoc non modicum claudicare. Accidit autem equo in vena, que dicitur fontanella, per omnia sicut ierda; et hic morbus dicitur spavanus, sive spavani. Cura. Cum illa tumefactio efficitur suptus garectum in inferiori parte junctura garecti, statim laqueetur decenter sursum in interiori parte coxæ vena illa, scilicet fontanella, quæ tendit inferius per medium spavanorum, adducens ibi humores et tumorem. Illaqueata vena dicta et incisa, postmodum, prout decet, evacuetur sanguis intantum quousque per se vena sanguinem non emittat, deinde statim tumores spavanorum

tiru, cull' oliu gualemente, mestecate insenmura et cocte et mestecatu con farina de furmentu, comu ene dectu. Et se la lesione dela falcia se fane per tronco, voi per spina, intrantece, curese per tucte le cose così comu in dele cure dele plaghe per li trunci, voi per le spine, convenientece, comu locu se contene apertamente. E se quella sania accrescerà comu abene spesse feata, cocase una parte delu tumore de sucta, c' unu ferru acutu, uve pare che la sania plu se incline pertunnendu, chè l'adunata sania s' enne caccie. E de lenne sia untu lu locu de buteru, voi de alcunu altru unguentu, dui fiata in die. Se lu tomore indura, duru comu suprossu, facciaglese le cocture convenevole sufficientemente.

Cap. CIII. — Dele spavane.

Fase una lisione, voi male, in delu cavallu ala garrecta dalu latu da intru de sucta ala garrecta, pocu desucta, alcuna fiata aducente tumore in dela mastra vena, la quale se dice fontanella, actraente locu li humuri assidiamente per la decta vena. Unne, quandu se fatiga, lu cavallu è conestrectu non pocu per questu a zoppecare. Et avene in dela vena, la quale se dice fontanella, per tucte le cose cusì comu la ierda. E questu male se dice spavanu, voi spavani. Cura: quandu quellu tumure se fane de sucta la garrecta dala parte da entru dela iuntura dela garrecta, incontenente quella vena sia allazata de supra in dela parte da entru della cossa et la vena cioene che dice fontanella, la quale vane in sucta per mezu deli spavani, aducente locu humure et tumure. E, dapoi chene allazata la decta vena, et

per longum et per obliquum cocturis decentibus decoquantur; postmodum fiat per omnia sicut in capitulo proximo infra continetur. Item ad idem: Radatur primo locus, deinde recipe radicem malvæ visci bene coctam, et pistetur cortex, et ponatur supra locum bis vel ter vel quater, postea recipe semen sinapis pisti et radicem malvæ crudæ minutatim incisæ et pistæ, et pulverem stercoris bovini bene assati in igne, et omnia simul pista, et de unoquoque ad libitum, et omnibus supradictis addas acetum fortissimum, et incorpora omnia simul; et fac unum emplastrum liquidum, et pone super locum ter vel quater ad plus, bis in die, scilicet mane et sero; et superponatur positum in pecia, et ligetur, ita quod emplastrum non removeatur de loco, et liberabitur; postmodum superponatur pix subtiliter posita in pecia et calefacta ad ignem, et non removeatur quousque cadat. Et nota quod dum equus dolet, non debet coqui in loco dolente, eo quod cocturæ dimittunt in eo statu in quo inveniunt; sed procurare debes prius removere dolorem de loco, et, ipso remoto, si equus indiguerit, adhibeas remedium cocturarum. Ad removendum autem dolorem facias remedium quod sequitur: Recipe micam panis grossi seu grassi, et ipsam frigas in sartagine, seu patella, in modico vino ac si esset oleum, deinde ipsam micam sic frixam pone super locum, calidam, et cessabit dolor.

tagliata dapoi comu se convene ca cesenne lu sangue fine ac tantu che la vena per se stanche. E delenne incontenente li tumure deli spavani per longu et per tortu gle se dea lu foçu convenevelemente. Eppoi gle se faccia onne cosa cusì comu se contene de supta in delu prossimu capitulu. L'altra cura: inprimamente se rada lo locu, et poi recipe la radicina dela malva vischiu bene cocta, e pistase le scroccie e ponase supre lu locu tre, voi quactru, fiata. E poi recipe la semente dela senapa pesta e la radicina dela malva cruda, minutata et pista, e la pulve delu stercu buvinu ben arsu in delu focu, et tucte queste cose pista insenmura et de cescasunu a voluntate, et a queste cose aiungi l'acetu fortissimu et incorpora onne cose insenmura e fanne unu enplastu liquidu et puilu supre lu locu tre voi quactru fiata, alu plu dui volte indie, cioene la demane e la sera, e ponasece la peza supra et legese, e supra la peza la stoppa, e leghese bene che lu enplastu se non mova; e sarà sanatu. E poi sece gecte la pece suctilemente posta in dela peza et scallata alu focu e non senne leve fine che se ne caja. E nota che mintru lu cavallu se dole, non se dee cocere in delu locu dolente, perciò che le cocture lassa lu cavallu in quellu statu in delu quale lu trova. Ma deve procurare inprimamente de removere lu dulure, e, se lu cavallu ne ane anmisteru, facce lu remeiu che sequeta: recipe la mollica delu pane grossu et frigila na sartagine, c' unu pocu de vinu como se fosse oliu. E quella mullica, cusì facta, puila supra lu locu callu e cesserane lu dolore.

Cap. CIV. — De Ierda et ejus remedio et cura.

Ierda est quædam mollis inflatio ad magnitudinem ovi, aliquando minor, quæ tam in exteriori quam in interiori parte nascitur in garectis; et aliquando naturaliter evenit ex materia corrupta in vulva ex qua generatur animal, ex corruptione nutrimenti dati generanti; aliquando evenit accidentaliter equis propter nimium laborem et crebram equitationem cum festinantia. Contingit autem maxime iuvenibus equis et pinguibus propter teneritatem eorum et repletionem. Ex nimio namque labore vel in equitando festinatione calescit equus, calor autem dissolvit humores, humores autem dissoluti et mali, currentes per diversa loca corporis, generant morbos secundum qualitates eorum, et abinde suscipiunt morbi denominationem. Quidam a materia, quidam a loco, quidam vero denominantur ab effectu, quidam ab alicuius similitudine; unde si humores ita dissoluti decurrant ad garrectum generant Ierdam, sicut vulgariter appellatur. Decurrunt autem humores ad crura magis, quia cum magis sint in motu, magis calefiunt, unde major fit attractio humorum; et quia humores magis inferius currunt per gravedinem, figuntur in garectis magis propter loci habilitatem. Si vero ad alia loca humores fluxerint, secundum diversitates locorum suscipiunt diversitatem nominum, et secundum qualitates; quia quidam ulcerant, quidam tumefaciunt, quidam duri sunt et grossi, quidam molles, quidam subtiles, quidam generant interius morbos aliquando, quidam sensibus manifestos. Si quis autem dicat, cur boni humores non ita dissolvuntur et decurrunt sicut mali, respondemus, boni humores semper

Cap. CIV. — Dele ierde et dela cura sua.

La ierda ene molle inflatiune a grandeza de unu ovo, alcuna flata minure, et nasce cusì da fore, comu da intru in dele garrecte. Et alcuna flata abene per materia corrupta naturalemente in dela natura in dela quale se ienera l'animale per la corruptione delu nutrimento datu alu generante. Et alcuna fiata abene acidentalemente ali cavalli per grande fatiga et per spessu cavalcare con festinantia. Et abene spitialemente ali cavalli iuveni et grassi per la teneretate luru et per la grasseza. Ca per granne fatiga, voi per cavalcare vivazu, lu cavallu se scalla e lu calore dessogle li humuri secundu la qualitate luru, et delenne la infermetate piglia lu nome. Et alcunu male piglia lu nomu de materia. Et alcunu dalu locu. Et alcunu piglia lu nomu dalu effectu. Et alcunu piglia lu nomu dala semeglianza de alcunu. Unne se li humore così dessolti decurenu alu guarrectu ienera la ierda, così comu se chiama vulganamente. E decorrenu li humuri ale ganme maiuremente, ca concesiacosa che le ganme sia maiuremente in movementu, maioremente se scallanu, et locu se se fa maiure actractione de humure, et ca li humure maioremente correnu insucta per la graveza, se figinu in dele garrecte maiuremente per l'ase delu locura. Ese li humuri descorrenu ad altre locura, secundu la diversitate deli locura, rece la diversitate deli nomera, et secundu la qualitate. Ca alcune fane plage. Alcune fa tumure. Alcuni so' duri et grossi. Alcune so' molle. Alcune so' suctile. Alcuni genera

custodiantur et reguntur a natura donec nimis superfluant, ita quod eos natura regere non possit; postquam eos natura regere non potest, dimittit eos, et sic corrumpuntur, unde natura vigens semper regit eos et custodit; ipsis autem corruptis, natura nititur eos expellere sicut potest, unde membra potentiora et nobiliora expellunt eos a se, et mandant, seu transmittunt, debilioribus, adhuc et illa, si possunt, mandant aliis, et cum debiliora membra susceperint ipsos, quia a se repellere non possunt, propter debilitatem virtutis membrorum, morantur in eis et faciunt morbos. Membra vero potentiora et nobiliora bonos humores retinent ob nutrimentum et custodiam ipsorum, unde bonos humores penes se retinent, malos autem abire permittunt. Et si quodlibet membrum bonos humores penes se retineat, non possunt ad alia loca diversa currere, nisi secundum quod unicuique membro mittuntur a natura propter sui nutrimentum et defensionem et custodiam virtutem suarum; malos autem repellunt, utpote inimicos sibi ex noxios. Si contingat autem bonos habundare, non faciunt morbos, nisi in quantitate peccantes; morbos autem faciunt postquam a natura relinquantur, cum non valeat eos ob multitudinem tolerare. Cura. Cum Ierda, vel inflatio, fuerit in garectis, decoquatur cum ferro ignito in medio tumefactionis, vel Ierdæ, per longum et obliquum. Et, hoc facto, accipiatur stercus bovinum recens cum oleo calido agitatum, et superponatur cocturis semel et non amplius; postmodum equus, decoctus tam anterius quam posterius, muniatur cum collario baculorum ad collum, et cum pedicis, seu pastoriis, et retinis taliter alligatis ut cocturas nullatenus ore tangere possit, nec pedibus confricare, vel adhærendo alicui duro loco, et confricando violenter, locum cocturarum valeat excoriare; nam propter

alcuna fiata infermetate da intru. Alcuni infermetate manifeste ali senne. E se alcuni dica, li boni humuri poi se dessoglenu tantu ceptu quantu li mali. Respondemu così: li boni humuri se custodinu et regese tuctavia dala natura fine ac tantu chessiamulti superflui, sichè la natura li non poça regere. E dapoi che la natura li non po' regere, lassali et illi se corrunpenu; unne la natura putente tuctavia le rege e costode. E poi che illi so' corrupte, la natura se forza a cacciarele comu pone. Unde le menbra plu putente et plu nobile li caza da seve et mandali ale membra plu devele. Et ancora le menbra devele, le manda all'altre menbra plu devele. E dapoi che le menbra devele le recepe, no la pone cacciare de seve per la debilitate dela virtute dele menbra, et demora in nelle, et faonoli infermetate. Et le membra plu forcte et plu nobile retene li boni humuri comu nutrimentu, et comu guardia luru, unne tuctavia retene cun secu li boni humuri e li mali humuri cacciase da se. E se cescasunu menbru retene li boni humuri, non ponnu correre ad altre locura diverse e devle, se non è secundu che a ciascasunu menbru se manda dala natura per soi nutricamentu e defenciune et custodia deli virtute soi, e li mali humuri scaccianu cusì comu soi inimici. Et se abunna li boni humuri, non se fannu le infermetate, se none quilli che pecca in quantitate, e li humuri che sone abandonati da la natura fannu le infermetate, concesia cosa che la natura non poça sustenere la mutetudine deli humuri. Cura: quandu la ierda, voi la inflatione, ene in deli garreti, cocase c' unu ferru fucante in mezu delu tumure per longu et per torto in questa forma. E poi ch' ene factu questu, piglese lu stercu bu-

continuum pruritum locum libenter fricaret, et fortasse morderet si posset contingere quoquo modo. Caveatur etiam ne cocturæ tangantur a sordibus vel ab aqua a die decoctionis usque ad novem dies, et hoc diligentius observetur. Cocturæ vero semel in die oleo aliquantulum calido inungantur. Excoriato vero cocturarum loco, et ab eodem corio separato, transactis novem vel decem diebus, equus in aqua frigida et velocissima teneatur, ita tamen quod aqua tangat cocturas summo mane usque ad mediam tertiam; deinde equo ab aqua remoto pulvis terræ subtilissimus, vel cinis filicis attaminatus subtiliter, super cocturarum lineas aspergatur. Similiter ab hora vespertina usque ad solis occasum in aqua frigida, ut prædictum est, moretur; et, eo extracto, superponatur dictus pulvis, ut dixi; taliter fiat quotidie mane et sero donec ulcera ignis consolidentur; nam aqua velox et frigida humores desiccat, et ulcera ignis consolidat et constringit. Et nota quod in quacunque parte corporis equus coquatur, debet diligentissime custodiri ne cocturas mordeat, vel fricet, quoniam propter nimium pruritum, evenientem usque ad nervos et ossa, seipsum corroderet et morderet. Quidam vero taliter curant cocturas: factis cocturis mane, ut dictum est, post meridiem superponunt stercus bovis calidum, et deinde per tres dies, post tridum ungunt oleo calido cum penna, post ignis mortificationem imponunt cinerem calidum, donec sanetur. Passio Ierdarum, quia consuevit nasci in foveis iuncturarum et super nervos et in movimento iuncturarum, vix vel nunquam curari potest, nisi in principio sui. Quidam tamen sic curant Ierdas; Vena illa, quæ directe ad locum illum descendit, illaqueetur, sive ligetur, illa vero inflatio, sive tumor, per longum scarazetur, et fiant ibidem emplastra et unguentum ad ma-

vinu recente cull' olio callu mestecatu, et ponase semu supre le cocture et non plu. E lu cavallu poi ch' ene coctu, voi denanti, voi de retu, c' unu 'larune a collu et culi pasture, et cula retene, se leghe in tale modu che non poça se tuccare le cucture, nè frecare culi pedi alcunu locu duru, chè frecandose le cocture se pocterà sconciare. Ca per lu continuu fricare forsia veluntera se muccecarà se putesse. E guardese che se non toche da nulla suzura de acqua dalu die chesse coce usque a vinti die, et questu se serve diligentemente. E li cocture se unga semu in die alcquantu olio callu. E poi ch' ene radutu lu locu, passati nove, voi X die, lu cavallu se tengnia in dell' acqua freda currente. Sichè l' acqua toche de supra li cucture, et stea lu cavallu in dell' acqua dala demane per tenpu usque a terza. E poi ch' è tractu lu cavallu dall' acqua, la polve dela terra, voi la cenere dela felce, cernuta suctilissimamente spargase supre le cocture. E simiglantemente dala ora de vespru usque ala tramontata delu sole stea lu cavallu in dell' acqua freda, comu ene dictu de supra. E poi ch' ene tractu dall' acqua, gectecese la decta pulve, comu aiu dectu. E questu fane la demane e la sera, fine actantu che le plaghe delu focu sia ben consollidate. Ca l' acqua corrente et frigida dessecha li humuri, le plaghe delu focu ressolla et conestrenge. E nota in qualunca parte delu corpu lu cavallu se coca, devese costodire diligentemente che non sè mucceche le cocture, voi se le freche, ca per lu multu pruritu vengente muccecarà et ruderase fine all' ossu. L' altra: fa la cura posta in delu capitolu de sopra prossimu, lu quale se comenza: radese imprimamente lu locu, e de lenne. Recipe la radicina

turandum ut humores minuantur et consumantur. Item ad idem: Teratur squilla cum radicibus brusci, deinde misceatur cum oleo communi et superponatur, quia mirabiliter operatur.

Cap. CV. — De Curba Equi.

Curba est passio accidens equo subtus caput garecti in magistro nervo posteriori, tumorem faciens aliquem per longitudinem nervi prædicti et eum continue lædens, et quia dictus nervus quasi sustinet totum corpus, eo læso, cogitur equus necessario claudicare. Accidit autem cum iunior equus forsan indebite equitetur, aut cum ei onus superponatur ultra posse; tum enim propter teneritatem ætatis, tum propter gravedinem oneris nervus cogitur incurvari, et ob hoc hic morbus vocatur Curba. Cura. Cum ille nervus læsus, incipiens a capite garecti tendens inferius iuxta pedes in posteriori parte cruris, videbitur aliquantulum incurvari vel plus solito augmentari, tunc instanter prædicta tumefactio nervi tam per longum quam per obliquum crebris cocturis et decentibus decoquatur; deinde fiat per omnia sicut supra in

ecc. Et alcune cure naturalemente le cocture; facte le cocture, in dela demane comu ene dectu, pe mezu iurnu ponacese lu stercu buvinu callu fine actantu chese sane. La passione dele ierde, ca sole nascere in deli fosse dele iunture et supre li nervi et in dele iunture, appena, voi mai, se non cura forsia in delu principiu soi. Alcuni cusì cura le ierde: quella vena la quale diricta descenge a quellu locu allaccese voi se leghe. E quella inflatione voi tumore per longu se scaraze et facciaseli emplasti et lu unguentu a maturare, che li humuri se asseme et consumese. A questu: pistese la squella cola radicina deli bruschiali et de lenne se mesteche cull'olio cunmunu e ponacese de supra, cha miravegliosamente ce opera.

Cap. CV. — Dela corva veniente alu cavallu.

La corba ene una passione abeniente alu cavallu de supra alu capu delu garrectu in delu mastru nervo dereto facciente tumore alcunu per longheza delu nervu nante dectu patiente lesione tuctavia. E ca dectu nervu sustene quasi tuctu lu corpu, per la lisione de quellu lu cavallu de necessetate ene conestrectu a zoppecare. Abene questu quandu lu cavallu iuvene se non cavalca comu deve, voi quandu segle pone incarcu plu che non pone. Sì per la teniretate dela etate, sì che per la graveza delu incarcu lu nervu ene conestrectu at incorvare, et perciò questu se chiama corva. Cura: quandu quellu nervu lesu comenzante dalu capu delu guarrectu stendentese in socta appressu li pedi in dela parte de retu dela ganma se vederane unu pocu in-

capitulo de Ierda dictum est. Item ad idem: Recipe taxum barbatum, et coque diu in multa aqua, et scias quod non poterit multum coqui, ed de aqua illa aliquantulum calida lava diu Curbam et partes illas superiores, et post dictam lotionem immediate, dum adhuc sunt pori aperti, habeas de dicta herba parum cocta et aliquantulum contrita et superliga ubi est Curba, et circa partes illas: et hoc fac sæpe, nam, si Curba est iuvenis, seu recens, infra annum curabitur. Et est sciendum quod quotienscunque cocturæ fiunt in cruribus, fieri debent per longum et obliquum sicut pilus qui descendit inferius; quoniam cocturæ per longum et obliquum factæ magis cooperiuntur a pilis, et minus apparent quam si fiant improvide ex transverso, et minus equum offendunt, si nervus aliquis crurium tangatur ab igne. Item ad idem. Scindatur corium per longum quantum est Curba, deinde ponas petiam lini in vino calido, et superponas viride æris, et dictam petiam cum vino calido et viride æris ponas super scissuram, donec curetur equus et sanetur.

Cap. CVI. — De furma, sive sponzola, Equi.

Accidit quædam infirmitas equo, quæ furma vulgariter dicitur, inter iuncturam pedis et ungulam supra coronam pedis, proprie in pastura, faciens in sui principio quandam inflationem vel callositatem carnium supra pedem. Contingit autem ex percussione seu obviatione alicujus duri loci, seu rei duræ, occasione etiam

corvare, voi crescere plu che non sole, allura incontenente lu nante dectu tumore delu nervu sì pe' longu sì pe' tortu de spesse cocture convenevele se coca. E delenne gle faccia per tuctu comu ene dectu in delu capitolu dele ierde. A quellu medenmu. Recipe lu tassu barbassu et cocilu bene in multa acqua; e sacci ca se non po' multu ben cocere. E de quella acqua unu pocu calla lu lava luntanamente la curba e li parte de supra. Et per la decta lavatione, senza nullu mezu, mentra li pori sone aperte, agi dela decta herba unu poco cocta e pocu pista et legala supra la corba et ali parte denturnu. E questu fane spessamente, ca si la corva ene iuvene et recente, curarasse infra annu. Et ene da sapere che quantunca feata se fane le cocture in dele ganme, devese fare per longu et per tortu cusì comu lu pelu che descenge innaballe. Ca le cocture facte per longu et per tortu maiuremente se copre dali pili e menu appare... L'altru: fendese lu coru per longu quantu ene la corva, et mictice una pecza de linu in delu vinu callu, et iectace lu verde rame et poi ceptu la pecza culu vinu callu e lu verde rame poi supra la fessura fine actantu che sia curatu.

Cap. CVI. — Dela forma vengiente al cavallu.

Intre le iunture deli pedi et l'ungia abene alu cavallu una infermetate la quale vulganamente se dice furma, et vene supra la corona deli pedi propriamente in dela pastura, faccente in delu soe principiu una inflatiune voi callositate de carne supra lu pede. Et abene per feruta, voi per urtatura de al-

indecentis pedicæ, seu pasturæ, solet sæpius evenire, cui nisi celeriter succurratur in principio, efficitur superos durissimum, et aliquando extenditur per coronam, unde patiens in suo gressu patitur vehementer. Cura. Si furma est iuvenis vel ex negligentia forsitan antiquata, fiat per omnia sicut in cura de superossibus edocebitur, et ideo require infra in capitulo de superossibus, et ibi invenies curas varias et diversas. Et nota quod dicta infirmitas est nimium tædiosa gressibus patientis, quoniam locus ubi nascitur est valde nervosus, venis etiam et arteriis intricatus.

Cap. CVII. — De spinula, sive spinellis, Equi.

Spinula, sive spinella, est quædam passio veniens subtus garectum circa iuncturam ossium eiusdem garecti in utroque latere eveniens, generans superos ad modum magnitudinis unius avellanæ, quandoque maius, quandoque minus, et intantum ipsam iuncturam rumpit quod equus multotiens claudicare cogitur; qui morbus simili modo accidit equo sicut supra de curba dictum est. Vulgariter autem vocatur Spinula vel spinella. Cura. Cauterizentur spinulæ, seu coquantur decentibus et crebris cauteriis, seu cocturis, per longum et obliquum sicut videbitur melius expedire, deinde curentur cauteria sicut supra de Ierda edocetur. Notandum vero est quod cum sit ignis omnium fere infirmitatum et medicinarum equorum ultimum remedium, semper fiant cauteria, seu cocturæ, profunda decenter, ut non oporteat ignis remedium iterare.

cunu duru locu, e per accasione de non convenevele pastura sole spesse fiata venire; ala quale se bene inazatamente segle non soccura in delu principio, fase suprossu durissimu. Et alcuna fiata s' estende per la corona, per la quale lu cavallu ane grande passiune in del' andare. Cura: se la furma ene iuvene, voi forsia per negligentia antiquata, facciaglese comu se insingedane in dela cura delu suprossu. E perciò recerca infre li capituli deli suprosse et locu trovarai varie cure et diverso. E nota, che la decta infermetate è troppo angustiosa alu cavallu che la pate, quanno vole andare, ca lu locu duve nasce ene troppo nervosu et ene intricatu de vene et de artarij.

Cap. CVII. — Dele spinule, voi spinelle.

La spinula, voi la spinella, ene una passiune veniente de sucta alu garrectu in dele iunture dell' ossa delu guarrectu, veniente in dell' unu l' altru latu e genera suprossu a quantitate de una nocella e alcuna volta plune, et alcuna volta minu, et intantu che lu cavallu de necessetate zoppeca. Lu quale male semegliante modu abene alu cavallu cusì comu ene dectu de supra dela corva, e vulganamente se chiama spinula, voi spinella. Cura: dease lu focu ala spinula convenevele, et de spesse cocturi per longu et per tortu cusì comu pare che megliu sia. E curese le cocture cusì comu se insegna de supra dele ierde. Et è da sapere, che, concesia cosa che lu focu sia cura de tucte l' infermetate, e dele medecine deli cavalli tuctavia lu ultimu remeiu, gle se faccia le cocture profunde convenevelemente, che non sia in mesteru de fare lu remeiu delu focu un' altra fiata.

Cap. CVIII. — De superossibus Equi.

Fiunt præterea in equi cruribus plurima superossa ex diversis occasionibus generata, aliquando ex ictu calcis, aliquando ex percussione, aliquando ex alicujus duri loci oppressione, aliquando ex humore viscoso illuc decurrente, et hæc consueverunt in pullis frequentius accidere magis quam in equis perfectæ ætatis; in pluribus autem non sunt tantum nociva, quantum crura eorum reddunt turpissima ad videndum; quæ non solum in cruribus, verum etiam in pluribus aliis ossibus corporis generantur. Et omnia fere sumunt initium a tumore. Hæc autem passio Superos dicitur, eo quod nunquam nisi super os nascitur. Fit autem hoc modo: dum tibia vel alius locus percutitur seu colliditur, fit ibi dolor, et omnis dolor exacuit rheuma et ad locum dolentem confluunt humores et spiritus, quare humor terrestris et viscosus omnis currit ad locum illum, et quia non habet exitum, propter cutem superpositam, retinetur ibi, unde majorem assumit terrestreitatem et soliditatem, et sic in quoddam callum gerens ossis duriciem transubstantiatur. Item fit, si humor viscosus decurrat super os; quoniam in osse viget virtus attractiva, unde attrahit illum humorem, nec permittit eum alias decurrere, et tunc frigiditas ossi superpositi cum frigiditate et siccitate sua coartatur et indurescit, et quasi in ossis essentiam transmutatur. Cura. Cum omnia fere superossa, a quadam callositate carnium facta, in loco incipiant, statim quod illa callositas apparebit, optime et universaliter abradatur, deinde sumatur quod magis tenerum est de absinthio, apio, parietaria, et brancha ursina, postea te-

Cap. CVIII. — Deli suprossi et dela cura sua.

Fase ancura in dele ganme delu cavallu presure suprossi generati per deverse accasiune: alcuna fiata se genera per culpu de calce; alcuna fiata per feruta; alcuna fiata per oppresiune de alcunu duro locu; alcuna fiata per humure viscusu currentece. E questu sole abenire plu spessu ali pulitri che ali cavalli de perfecta etate. Et in presure non so' tantu nocivi li suprossi, quantu rende le ganme deli cavalli laide a vedere. Li quali suprossi non solamente se genera in dele ganme deli cavalli, ma in presure altre ossa delu corpu se genera et tucti quasi recepe vitiu dalu tumure dela famiglia. E questa passiune se dice suprossu, perciochè mai non nasce sennu supre l' ossu. Et fase in questu modu: quandu la ganma, voi altru locu, se fere, ecce lu dulure, et onne dulure assutiglia la reuma, et alu locu dolente descorre li humuri et li spiriti, per chè cosa lu humure terrenu e viscusu curre a quellu locu, perciochè non ne po' scire per lu suppositu cute, restese locu, unne recipe maiure terrestritate et sollatura, et sicche trapassa et recepe d' una dureza de ossu in unu callichiu. Ancora se fane se lu humure viscosu curre supre l' ossu, ca inde l' ossu è potente la virtute actractiva, unne actrane asseve quellu humore et nolu lassa currere altrove, et allora la frigidetate dell' ossu socta postu cun la frigidetate et sechetate sua conestringe et indura et mutase quasi in delu essere delu ossu. Cura: cuncesia cosache tucte le suprossa quasi se comenza da una quallositate de carne facta locu, et incontenente che quella callositate apparerane, sia

rantur, seu pistentur, omnia simul cum sufficienti axungia veteri porcina. Postmodum omnia, sic mixta, insimul decoquantur et, sic decocta, calida, quantum pati poterit equus, ponantur super callositatem prædictam, ligando super locum decenter. Et nota quod prædictum mollificativum mirabiliter confert ad omnes inflationes crurium ex percussione contingentes. Item ad eandem callositatem penitus destruendum: Recipe radicem malvæ visci, et radicem lilii, et radicem taxi barbati, et trita simul, seu pista, cum sufficienti axungia, et postea simul cocta, et postmodum cum petia, superposita in modum emplastri, idem sæpius renovando, utile remedium reperitur. Item ad idem: valet cæpe assatum tritum, et cum lumbricis terrestribus agitatum, et cum oleo olivarum commixtum, quæ omnia simul coquantur, et decocta et calida, quantum equus pati poterit, superponantur ad modum emplastrum, renovando bis vel ter in die, et qualibet vice debet emplastrum novum et recens fieri. Si vero illa callositas sit vetusta et dura, abraso prius bene loco, scarificetur cum lanceta minutim ut sanguinet quoquomodo; deinde pulvis factus ex sale et tartaro, æqualiter, tritis bene, superponatur callositati, et ligetur cum pecia stricte et sic maneat per tres dies, postmodum dissolvatur, et ungatur butyro vel aliquo unctuoso. Item ad idem: Raso prius loco, recipiatur unum ovum et decoquatur super carbones usque ad duriciem, deinde mundatum a cortice ponatur calidissimum supra dictam callositatem ad modum placentulæ et stricte ligetur, et usque ad tres dies, bis in die, vel amplius si expedire videbitur, ovum taliter renovetur. Item ad idem: Fac curam posttam supra in capitulo de spavaniis, quæ incipit « Radatur primo locus, deinde recipe radicem » et cetera, hoc excepto quod in superossibus non ponitur pulvis

rasa optimamente et universalemente; delenne se recipa le cime del' assenzu tenere e l' appli et la paritaria, e la branca ursina, et pistese insenmura cun sufficiente assungnia vecchia purcina, et onne cosa se coca insenmura, et poi ch' ene cocte insenmura, ponase supra quella callositate tantu calle quantu lu cavallu le po' sostenere, legandule supra lu locu convenevelemente. Et ene da sapere che la predecta mollefication ce vale meravegliosamente a onne inflatione dele ganme et per feru abenientece. Ancora a destrugere onne callusitate: la radice delu malva vischiu, et radice delu gigliu et la radicina delu tassu barbassu, pistate cun sufficiente assungia, cocte insenmura e postu in dela peza a modu de enplastu, renovandulu spessamente; et questu se trova ch' ene utile remeiu. All' altru: vale a questu la cepolla rosta et pesta et culi lisculi et cull' olio dela uliva mestecatu, et queste cose se coca tucte insenmura, et poi ch' è cocta, se pona a modo de enplastu renovandulu dui, voi tre volte in die, et onne die se deve fare enplastu novelli. Esse quella callositate ene vecchia voi dura, inprimamente se rada bene lu locu, assai se freche cula lanceta et scarazese minutamente in onne modu. E de lenne la pulve facta delu sale et dela rasia gualemente ben trita se pona a quella calositate et leghese c' una peza strectamente, et lassalu stare tre die. E poi se assoglia et ungase de butoru, voi d' altro unguentu. Ancora a quellu: inprimamente rasu lu locu, recipe unu ovu et cocilu supra li carbuni finechesia tostu, et de lenne levatane la cortece, ponase bene callu supra quella callositate a modu de una splanata, e leghese strectamente et usque a tre die, dui volte in die, voi plu, secte pare che se convenevele, lu ovu cusì se ce renove. A quellu me-

stercoris bovis. Item ad idem: valet stercus caprinum cum farina ordei et creta in aceto fortissimo agitatum, et in modum emplastri superpositum. Alii dictum emplastrum ex stercore caprino farina ordei et creta coquunt in aceto fortissimo, et calidum superponunt. Si vero iam dicta callositas propter prædicta medicamina non decrescit, sed potius in superossum durum redigitur, seu etiam si fuerit superossum antiquum, tunc cum coctu-ris, quod est ultimum remedium, succurratur, deinde curentur cocturæ sicut supra in capitulo de Ierda et de eius remedio est narratum. Quidam vero sic curant superossum: infundunt primo locum superossi cum aqua frigida, deinde superponunt ferrum calidum, ut depiletur locus, postea superponunt tale unguentum: Recipe viride æris, sulphur album, ceram, oleum, sepum, et laridum, dissolvantur ad ignem et misceantur singula, et ex hoc unguento locus superossi ungatur. Alii curant aliter: Primo radunt locum, postea scarificant totum, ita ut sanguinet, deinde lavant cum saponata ex aqua calida, postea superponunt semen sinapis bene tritum cum succo matricariæ mixtum, et in modum pastæ redditum, et a sero usque ad mane dimittunt super locum; postea inungunt cum oleo calido, quousque sanetur. Item ad idem: scire debes quod superos nascitur aliquando in cruribus, aliquando in maxilla, aliquando in aliis locis ex nimia læsione ossis. Cura. Radatur bene locus, postea cum unguento pentamiron multotiens ungatur et bene fricetur, et calida tabella facta de cornu cervi vel buxo superponatur, ut unguentum usque ad superossum perveniat. Unguentum pentamiron sic fit: Recipe axungiæ veteris porci partes tres, olei vitellorum ovorum partes duas, mellis crudi partes duas, ceræ albæ partem unam, resinæ partem unam, olei laurini partes quinque, et sit

denmu facci la cura posta in dela cura deli spavani, la quale se comenza: radase inprimamente lu locu, de lenne agi la radicina etc., tame che supre lu suprossu non se pona la pulve delo sterco bovinu. A quellu medenmu vale lo sterco caprinu cula farina dell' orio et la creta mestecatu con forte acetu et a modu de enplastu se pona. Et altri dice che lu dectu enplastu delu stercu caprinu e farina d' oriu e la creta coce 'n acetu fortissimu et penelu callu. Esse la decta callositate non strona perli dicti medicamente, ma se raduce in suprossu duru, voi se fosse in suprossu anticu, allura gle se succurra cule cocture, ca questu ene ultimu remeiu. Et alcuni cura lu suprossu così: inprimamente infunde lu locu delo soprossu coll' acqua freda, et de lenne ce pone lu ferru callu che pele lu locu; poi ce pone cutale unguentu: agi lu verderame e lu solfu blancu e la cira e lu olio e lu sevu e lu lardu et dessogla alu focu, et mestechese queste cose per lu unguentu, et ungase lu locu delu suprossu. Et altre lo cura in altru modu. In primu rade lu locu et poi lu scaraza che n' esca lu sangue, et lavalu cola saponata cull' acqua calla, et ponace la sementa dela senapa ben trita culu sucu dela matrecale mestecata, radustu a modu de pasta, et la sera usque ala demane celu lassa stare, et poi lu ungi cull' olio callu fine chesse sane. A quellu medenmu. E deve sapere che lu suprossu nasce ne ganme et na mascella et nell' altri locura per troppu lesiune dell' ossa. Cura: radese ben lu locu et ungase culu unguentu che se dice pentamiron multe fegata et frechese bene. E ponacese una tabulecta de cornu de cervіu voi de bussu che lu unguentu vada usque alu soprossu. Lu unguentu pentamiron se fane in questu modu: Recipe iij parte d' assongnia vecchia de porcu, de oleu de vitelli d' ovo

oleum laurinum purum factum de bacchis lauri. Oleum vitellorum ovorum sic fit: vitella ovorum, cocta durissime et contrita, in patella ferri super lentum ignem ponantur, et coquantur quamdiu egrediatur oleum. Omnia sex supradicta super ignem ponantur et coquantur omnia simul donec liquefiant, liquefacta per pannum lini colentur, et sic habebis perfectum unguentum pentamiron. Prædicto unguento superos et galla, quando crescit in iuncturis, sæpe ungantur, ubi non laudo ferrum, vel ignem, vel aliquod corrosivum apponi. Vidi enim equos quosdam deterioratos propter appositionem ferri super iuncturas factam ab imperitis. Si superos in iunctura non fuerit, cum gracili ferro et acuto perfodiatur donec æstimetur quod ferrum usque ad medium superossi pervenerit, postea curetur sicut dictum est supra. Item ad idem: Recipe in descensu lunæ per tres vel duos vel unum diem iuxta finem salis gemmæ quantum vis, et pulveriza, et misce cum oleo olivarum donec sit sicut unguentum, postea rade super locum superossi et pone prædictum unguentum in loco raso, et liga cum panno stricte, et fac quod sit ibi continue usque ad tres dies, renovando tantum unguentum bis in die, custodias tamen locum rasuræ ab aqua. Item ad idem, et non negligatur. Cura superossis. Quia postquam superos fuerit perfecte induratum et ingrossatum, vix aut nunquam poterit curari, maxime si super iuncturas aut loca intricata fuerit exortum, unde si non fuerit in loco intricato, primo cauterizetur bene desuper cum ferro lato ad hoc apto, et maxime si sit in cruribus, vena superiori ibidem existente prius diligentissime ligata, postea vero cum quodam ferro acuto minutissime cauterizetur, et cum sale et aceto fortissimo fricetur. Consequenter statim desuper cera cum lardo liquefiant,

due parte ij: et de resina parte j, de oliu laurinu parte v, et sia l'olio laurino puru factu dele grana de lauru. Lu oliu deli vitelli dell'ova se fane cusì: li vitella dell'ova, cocta durissimamente et piste, in una patella de ferru ponase supra lu focu lentu, e tantu se coca fine che ne esca lu oliu. E tucte queste sei cosa se pona sopra lu focu chesse stenpere, et poi che sone stemperate, colese per pannu de linu; e così averai l'unguentu pentamiron perfectu. Lu predectu unguentu se unga spesse feata lu suprossu e le galle quandu cresce in dele ionture, ove non laudu ferru, voi lu focu, voi checese appona alcunu corrusivu. Et io aio vedutu cavalli escerne peiorati per la positione delu ferru supre le ionture facta da quelli che non so' insengnati. E se lu suprossu non sarrane in dela iuntura, portunnase c'unu ferru suttile et acutu, fine a tantu che pervengie ala metade delu suprossu, e curese comu lu nanti dectu. Ancora a quellu. Recipe quando manca la luna per tre, voi ij. voi j. die appressu lu fine, de sale ienma quantu voi et pulveriza et mestecalu cull'oliu dela uliva fine che sia comu unguentu. Ancure: radi lu locu delu suprossu et puce lu dectu unguentu e legalu c'unu pannu strectu, e fallu sedere locu usque ad iij die, renovandoce l'onguentu due fiata in die. E guarda lu locu rasu dall'aqua. A quellu medenmu et non se abandone. Cura delu soprossu. Ca dapoi che lu suprossu ene perfectamente induratu et ingrossatu, appena, voi mai se non cura, e spitialemente se nasce in dele iunture, voi in de locura intricate. Imprimamente se coca bene c'unu ferru latu factu a ciò, spitialemente se fosse in dele ganme inde la vena de supra locu permanente inprimamente diligentemente sia legata, et poi gle sia datu lu focu minutulamente. E consequentemente inconte-

et circa locum unguentum tale ponatur: Recipe frondes caulium viridium, extremitates, seu cimas, ruborum, et aliquantulum squillæ, et hæc conficiantur cum axungia. Nota quod talis morbus sæpius oritur super iuncturas, unde, propter nervorum suppositionem, nec ignis nec ferrum debet apponi; sed si fuerit infirmitas in suo initio, fiat tale emplastrum: Recipe raphanum et flammulam, squillam et succum anabulæ, et tere cum sale, pipere et nitro, deinde locum abradas, vel pilos cum ferro calido consumas, postmodum superponas dictum emplastrum, et super locum liga, et hoc facias per aliquos dies. Item: Aceto sæpe locus abluatur, si super iuncturas fuerit superos, et maxime si fuerit in principio, seu novitate. Ultimum remedium est quod abradatur fortissime locus ille ita quod cutis superficies removeatur omnino, deinde limia, seu limoncellus, dividatur per medium, et modicum arsenici in limiam ponatur, seu intromittatur; consequenter dicta medietas cum arsenico supra locum superossis ponatur et stricte ligetur, et hoc fiat donec superos sit ex toto consumptum; et cum hoc remedio iam nonnullos equos curavi. Item ad superos equi: Recipe herbam, quæ dicitur apium risus, et ipsam bene pista, deinde, abraso loco, ad modum emplastri super ligetur, et per unam noctem teneatur; mane autem invenietur desiccatum et maturum, vel circumquaque incisum ita, quod unguibus extrahi poterit; postea locus repleatur carne et pilis medicaminibus opportunis: curat etiam gallas et scrophulas. Item ad idem: Unguentum ruptorium mirabiliter valet ad hæc. Item ad idem: Recipe saponem sarracenicum, arsenicum et calcem vivam æqualiter, quæ omnia simul bene pulveriza, postea abradas pilos superossis bene, et locum scarifica fortiter ita quod sanguis exeat; deinde habeas testam nucis, et eam im-

nente sia stemperatu la cera e lu lardo, et cutale unguentu gle sia postu supra lu locu: Recipe le fronde deli coli virdi e li cime deli ruvi et unu pocu de squilla; e queste sia confitiate cola sungia. E nota che cotale male plu spessamente nasce supre le iuntura. Unne per li nervi nè con focu nè con ferru se deve tuccare. Essela infermetate ene inaltru locu, facciaglese cutale enplastu. Recipe lu faranu et la flammula et la squilla et lu sucu del anabulle, et tritalu culu sale et cun lu pepe et culu nitru. E radi lu locu e puci lu dectu enplastu e legacelu. E questu fane per aliquanti die. E spessamente se lave d'acetu, se lu suprossu saranne supre le iunture, et se ene in delu principiu, voi in novitate. Lu ultimu remeiu ene chesse rada bene lu locu sichè, la coteca senne remova appestuctu. Et de lenne la limia, voi lu limoncellu, se parta per mezu, et in dela limia sia messu unu pocu de arsenicu. E quella mitade de limia coll'arsenicu se pona supra lu suprossu et leghese strectamente, et questu se faccia fine ac tantu che lu suprossu sia consumatu. Et i'ò curate multi con questu remeiu. Ancora alu suprossu delu cavallu: Recipe la herba la quale se dice apiu risu, et pistala bene, eppoi ch'ene rasu lu locu legacela de supre a modu de enplastu et tengniacese per una nocte. E la demane se trovarane dessecatu et maturu, voi tagliatu acturnu acturnu, siche se porrà trarre cule unge. E poi se renpla lu locu de carne e de'pili cu medicamenta la quale cese convene. Cura le galle e le scrofole. Ancora l'unguentu ruttoriu, ce vale meravegliosamente. Ancora a quellu medenmu. Recipe lu sapone saracenu et arsenicu, e la calce viva agualemente; le quale cose pulvereza tucte insenmuramente; radene ben e li pili delo suprossu, et frica bene lu locu

ple tali emplastro, et fortiter ligetur super locum superossis, et stet sic nec amoveatur per diem naturalem, postea elevetur. Item ad idem: Sulphur cum resina solutum superpone et curabitur, loco superossis prius raso et scarificato, ut supra: Item ad idem: Primo radatur superos bene et fortiter ita quod sanguinet, deinde recipe cutem porcinam antiquam, quæ steterit suspensa ad minus per annum, et radas quasi totam pinguedinem, ita quod quasi videantur pili, seu setæ, postmodum de dicta cute recipe quantum est superos et superpone, et liga fortiter, et sic stet per tres dies; post triduum removeatur et tunc invenietur superos liquefactum sicut aqua, tunc cum subula perforetur, et illa aqua exibit ex toto, et ille equus curabitur. Item ad superos: Radatur primo locus superossis, postea cum lanceta in multis locis tangatur, deinde spongia marina aceto infusa superligetur, et non removeatur, sed frequenter et multotiens in die superguttetur, sive proiciatur de aceto, ut spongia desiccari non possit, et dimitte sic per quinque vel septem dies, postmodum remove et invenies superos consumatum.

Cap. CIX. — De Gallis et earum cura et remedio.

Galla est quædam mollis tumefactio ad modum vesicæ, magna ut avellana vel nux, aliquando major, aliquando minor, quæ circa iuncturas crurium iuxta ungulas generatur. Et hoc accidit aliquando naturaliter, aliquando accidentaliter. Naturaliter contingit, quo-

fortemente sichè n' esca lu sangue. Et agi la cochia dela noce et inplela de cutale enplastu, e legala ben forte sopra lu suprossu e stea sinchè non se mova per unu dì et per una nocte e poi senne leve. Ancura a quellu medenmu: lu solfu e la resina resoltu insenmura ce pui de supra, e sarà curatu; tame lu locu delu suprossu sia inprimamente ben rasu, et scarazatu comu ene dectu. Ancora a quellu medenmu: in primamente se rada bene lu locu et fortemente, sichè faccia sangue, et Recipe la coteca porcina antiqua, la quale sia stata appesa unu anno alu menu, et levane quasi tuctu lu lardu, sichè quasi se ne scape li peli voi la seta, et de quella coteca piglia tantu quantu ene lu suprossu, et puncila e legala bene e lassecela stare per tre die, et passati tre die leva e troverai lu suprossú factu liquidu comu acqua. Et allora pertunni lu coru cula subla, e quella acqua n' escerà tucta e lu cavallu se curarane. Ancora: se rada inprimamente lu locu delu suprossu et tochese cula lancecta in molte locura. De lenne la spongnia marina cull' acetu infussa ce lega de supra et non ne la levare, ma spesse fegata in die gle gocteca l' acetu de supra che se non seche la spongnia, et lassalu stare cusì per v, voi vij die, eppoi ne la leva, e trovarai lu soprussu cunsumatu.

Cap. CIX. — Dele galle et dela cura sua.

La galla ene unu tumure molle a modu d' una vessica, grande comu nucella, voi comu nuce. Alcuna fiata maiore, et alcuna volta menore, la quale se genera ali iunture appresso l' unge. E questu avene alcuna fiata naturalemente. Et alcuna fiata acciden-

niam in vulva, propter parentes qui eamdem ægritudinem passi sunt, passionem prædictam recipiunt, sicut supra in capitulo de ierdis dictum est; et licet causa sit eadem universalis, diversitas tamen humorum et locorum diversitatem faciunt morborum. Accidentaliter accidit autem ex immoderato et gravi labore, dissolutis exinde humoribus confluentibus ad locum, aut ex vaporibus et fumositatibus stabuli, equi cruribus madefactis. Cura. Consueverunt aliqui Gallas curare sic: Primo scindebant loci corium Gallæ cum lanceta, et vesicam illam, vel tumefactionem, de qua fit Galla, ungulis exterius, excoriando, sive excarnando, cautius extrahebant, seu exstirpabant. Item ad idem. Fac curam suprapositam de Spavaniis, quæ incipit; « Radatur primo locus, deinde recipe radicem » et cetera, hoc tamen superaddito quod ad curam Gallarum addunturtur supradictis lupini incisi et bene pisti. Item aliter ad idem: Scisso corio cum lanceta, ut dictum est, resalgar bene tritum intromittebant, et talem vesicam, vel Gallam, totaliter destruebant; sed experientia pluries docuit quod, destructa Galla cum resalgar, iterum, humoribus concurrentibus ad locum, Galla renascebatur ibidem, et ex hoc plene et congrue non curabatur; equis etiam prædictæ curæ periculosæ non modicum existebant, quoniam locus iuncturarum cruris, venis et arteriis est plurimum intricatus, idcirco satis timendum est loca illa incisione vel coctura curari, et ideo, quod melius est, et salubrius noscitur esse, experientiæ confirmatione, subscribam. Curabis ergo Gallas in hunc modum: Equus gallosus mane et sero usque ad genua diu in aqua frigida et velocissima teneatur, donec Gallæ constringantur modo aliquo, et decrescant propter aquæ repressionem; deinde fiant circa iuncturam, tam per directum quam per obliquum, cocturæ

talemente. Naturalemente avene quandu lu patre e la mamma sostene questa passione, concipiscinu la passiune nanti decta cusì comu ene dectu de supra in delu capitulu dele ierde. Et abene che, concesiacosache quella sia universale, tame la diversitate deli humure e dele locura fannu diversate de infermetate. Accidentalemente avene quandu li dessolte humuri scurrenu alu locu per grande fatiga exmodata, voi per li vapori et per li fumusitate delu sta' essendo lu cavallu cule ganme infusse. Cura. Alcuni sole curare le galle cusì: inprimamente findea lu coru delu locu dela galla cula lanceta, e la vessica et quella tumefactiune dela quale se fane la galla, scarnandola, de fore cull' unge plu cautamente la tractanu, voi la sterpanu. A quellu medenmu: facce la cura posta de supra in delu capitalu deli spavani, la quale se comenza: radase lu locu, e delenne: Recipe la radicina etc. Tame adiuntuce che ala cura dele galle ce se aiunge li lupini taliati et ben piste cole cose nanti decte. Ancura in altru modu: taglatu lu coru cula lancecta comu ene dectu, mecteace lu resalgaru ben tritu, et cusine quella vescica, voi galla, destrugìanu actuctu. Ma la experientia presure fiata ane insegnatu che destructa la galla culu resalgaru, un altra fiata li humuri scurrente alu locu, la galla renasce in quellu medenmu lòcu, ca non era curata plenaramente. E le decte cure non era pocu periculuse ali cavalli, quandu lu locu dele iunture dela ganma ene troppe intercatu de vene et de arterie. E perciò ene assai da temere curare quelle locura per focu, voi per ferru. E però zo ch' ene megliu, et plu sanu se conosce essere, la experientia confermantelu, io lo screveraiu in socta. Curarai adunca la galla in questu modu: lu cavallu gallusu la demane e la sera se tengnia nell' acqua usque ale ge-

decentes, quæ postea, sicut supra dictum est in capitulo de ierda, curentur: et sic, tum propter aquæ desiccationem, tum propter corrosionem acerrimam cocturarum, Gallæ augmentari non valent inantea, sed decrescunt. Quidam autem aliter curant, quia faciunt cocturas desuper et desuptus cum ferro ignito; alii lavant eas cum forti aceto, et postea ungunt melle, deinde superaspergunt melli pulverem cerussæ super tegulam calefactum, deinde superligant cortices vitis albæ mundatos et tritos cum aceto cum petia linea, hoc dicitur expertum esse. Et, licet prædicti morbi etiam accidentaliter contingant equis, tamen, quia naturaliter accidunt eis in vulva, ideo inter naturales connumerantur. Aliqui occultant gallas et reprimunt cum succo cæparum, vel cum succo foliorum porri, nam succus alterius prædictorum emplastratus super Gallas restringit eas taliter, quod non apparent, sed, si equus fatigetur, infra quatuor dies redibunt. Item ad idem: Recipe radicem coticam, et tere bene cum sale, deinde superponatur, quia cito sanabitur equus. Item ad idem: ligetur vena illa, quæ in pectore primo dividitur ab organo et ad crura descendit, deinde perforetur quælibet cum subula, vel ferro acutissimo, ut humores evaporent, deinde calx viva cum oleo desuper inungatur. Item ad idem aliud: Hedera terrestris, absinthium, et ruta cum suis radicibus bulliant, et desuper ponantur. Item ad idem aliud: Tegulae, seu lateres ferventes, in aceto fortissimo extinguantur, deinde super Gallas frequenter ponantur ad desiccationem humorum. Et nota quod hæc passio raro curatur, quia nascitur in locis intricatis, unde competentem curam adhibere non possumus quia ferrum et ignem apponere non audemus.

La ficu ene una molle inflatione con rosceza, voi cun nireza, senza pili, nascente da fore delu coru in dela extremetate appressu lu coru strictu. Nasce de sangue intrecutaneu. La cura: agi unu filu de seta, et unu pelu de pulietru, che non aia copertu et, torcile insenmura, et lega de questu filu così tortu la ficu appressu lu coru sanu strectamente. Et ristringe lu filu ala ficu fine che la ficu se ne caia per sene. E se la ficu ce renassiesse un' altra fiata, se tagle apressu lu coru sanu; e deturnu alu locu dela ficu ponacese unu circulu de argilla tenace, et mettacese lu mele troppu callu dentru, et levantene lu primu circulu culu mele, facciaseglie semegliantemente la secunda e la terza fiata, et poi ce se leghe lu stercu dell' oca. E se lu sinnu dela ficu appare in delu capu, voi in dela ganma, ove per la lateza voi per picoleza se non potesse bene strengere culu filu, et tu agi unu peczu lato de coru, et fagle unu furame in mezu rotundu, et ponase deturnu ala ficu, che non se coca lu coru sanu. Et delenne se faccia li torcinelli, et l' unu turcinellu se scalle supra 'na tegola callidissima. E, poi che serrane bene callu, se pona supre la ficu, et premacese de supre bene mintra ene callu. E, poi ch' ene

apponatur, et sic fiat donec ficus incipiat nigrescere, quia tunc est signum curationis, cum nigrescere incipit.

Cap. CXLI. — De Equo scalmato.

Contingit equo pluries quædam infirmitas corpus macerans et interiora desiccans, quæ etiam fætere facit stercus ac si esset stercus hominis, et etiam plus illo, de quo creari solent aliquando vermiculi rubei sive albi, unde equus de levi impinguari non potest nec etiam carnes assumere. Accidit autem aut ex diuturna macredine, nimisque modica sibi comestione largita, aut ex corporis, etiam et hepatis, crebra calefactione: quare equus macrescit et desiccatur quasi consumptus. Et hanc passionem aliquando consequitur febris; et hæc passio dicitur Scalmatura. Signa cognoscendi hanc ægritudinem sunt ista: Extremitates membrorum equi calidæ sunt, corpus equi macrescit et attenuatur; item, equus tardus efficitur ad motum; item, sitim continuam patitur. Cura. Danda sunt ei frigida et humida temperate, ad expellendum siccitatem interiorum diutius iam tentam et ad humectandum corpus. Fiat igitur ei decoctio de subscriptis: Recipe violariam, parietariam, brancham ursinam, scariolam, pimpinellam, lactucam et portulacam æquali quantitate, et coquantur simul, prius tamen posito ibi de furfure hordei et de croco decenter; eis vero decoctis decenter, colentur per stamineam; postea vero in aqua prædictæ decoctionis butyrum in bona quantitate et de cassia fistula tantundem dissolvantur, deinde in anum equi prædicta decoctio competenter calida immittatur cum instrumento ad hoc apto; et fiat per omnia sicut infra in capitulo de

refredu, ponacese l'altru semegliantemente. E cusì se faccia fine che la ficu comenza a mancare, ca allura ene sinnu de curatiene quandu comenza a manecare.

Cap. CXLI. — Delu cavallu scalmatu.

Molte feata abene alu cavalln una infermetate magangiante lu corpu et seccantelu intru, et fane multu fetere lu stercu soe, comu stercu d'omu et in plu che quellu, delu quale se sole creare li vermi rusci voi blanche, unne lu cavallu legieramente non pone ingrassare nè ricepere carne. Et abene per lontana macreza alu cavallu, et abenegle per pocu manecare, et abene per scallasione de fecatu, et de tuctu lu corpu, per la quale cosa lu cavallu macresce et assecca quasi consumatu. A quella passione consequeta la febre alcuna fiata, et questa passione se dice scalmatu. Li signa da conoscere questa infermetate so' queste: le extremetate dele membra delu cavallu sone calerite e lu corpu delu cavallu amacrisce et assucteglia, e fase tardu a movere, et ane sete continua. La cura: egl'è da dare cose frigide et tenperate a scacciare la sechetate da entru, luntanamente retenuta, e ad umectare lu corpo. Facciaglese una decotione dele cose subscripte: Recipe la violaria et la paritaria et la branca ursina et la scariola e la pinpinella e la lactuca et la porcachia, tantu de onne una e cocase insenmura; tame inprimu messuce dela brenna dell'oriu et delu crocu convenevelemente, cocte convenevelemente, se cule per la stamengnia, et poi in dell'acqua dela decta decotiune se dessoglia lu butiru in bona quantitate, et de cassia fistula altretantu. E de lenne in delu fondamentu delu cavallu la predecta

dolore ex superflua comestione dicetur, excepto quod dicta aqua teneatur in ventre equi quamdiu poterit teneri, quoniam ex ea intestina equi magis humectantur. Fiat præterea eidem potio de vitellis ovorum, croco et oleo violato cum bono vino agitatis (et vitella ovorum sint quantum cetera), et postmodum ponatur in cornu bovino, et bis vel ter detur equo plenum ad glutiendum, sicut dicitur in capitulo de Pulsino. Item ad idem. Dentur equo scalmato virides frondes salicum vel cannarum, quia mirabiliter conferunt. Item ad idem. Detur equo patienti ad comedendum secala parum cocta et postmodum dessicata, quia talis comestio habet inter cetera multum restaurare, et vermes, qui sunt in corpore equi, occidere. Item, aliud: Ponatur equus patieus solus in stabulo, et per duos vel tres dies nil comedat nec bibat, postea dentur ei lardones porcini saliti ad comedendum, quantum voluerit; quia tum propter famem, tum propter salem, seu lardonis salsedinem, libenter comedet. Comedente autem ipso de lardonibus sive modicum sive satis, detur ei bibere aqua calida iuxta velle, mixta prius tamen cum ea farina hordeacea competenti, deinde paulisper equitetur, donec ventrem evacuet de comestis. Postquam autem ventrem et intestina evacuaverit, cito et convenienter cum aliquo istorum prædictorum medicaminum ad statum pristinum reducatur. Inter cetera comestibilia tutius est ei frumentum comedere bene mundum cum aliquantulo salis et lardonis decoctum, et postmodum ad solem vel alibi bene desiccatum, ad quantitatem trium minellarum, vice qualibet, ante quam bibat cotidie bis in die: tale enim frumentum nutrit et reficit corpus equi, et sic equus de facili impinguatur iuxta velle. Item ad idem. Fiat minutio de vena colli in parva quantitate, deinde collocetur equus in loco frigido temperato, et annona sibi

decotione, conmenevelemente calla, se mecta colo cristeru, e facciase onne cosa cusì comu sene... in sucta in delu capitolu delo dolore de superfluu manecare. E la decta acqua se tegnia in delu ventre delu cavallu quanto se po' tenere, ca per questu le intestina in delu ventre delu cavallu plu se ammollanu. E poi se' gle se faccia una beverateza de vetella d' ova, et de crocu et de oliu violatu cun bonu vinu mestecatu, e le vetella dell' ova sia quantu ene tucte l' altre cose. E mectase in unu cornu de bove, et dease plenu alu cavallu a bevere dui, voi, tre, feata angluctire, comu se decerane in delu capitulu delo pulcino. Item a quellu medenmu: dease a manecare alu cavallu scalmatu le fronde verde deli salci voi dele canne, ca meraveglio-samente gle fa prode. Ancora l' altru: dease a manecare alu cavallu, la setala poco cocta et poi seccha, ca cotale manecare intre tucte l' altri manecare ane restaurare et ane accidire li vermi, li quali sone in delu corpu delu cavallu. Ancora l' altru: ponase lu cavallu sulu in dela stalla, et dui die, voi tre, non manduche nè beva. E poi gle se dea li lardi porcini salati a manecare quantu volerane, ca sì per la fame, sì per lu lardu salatu, lu cavallu ne manecarane volunteru. Et illu manecante, voi pocu voi multu, deli dicti lardone, deaglese a bevere acqua calla secundu soe volere, mestecatoce la farina dell' oriu. E de lenne se cavalche unu pocu, finechè voite lu ventre delu manecare. E dapoi che averane voitu lu ventre, et le intestina, remenese alu primu statu con alcuni deli dicti medicamenti. Et inter tucte l' altre cose da manecare lu furmentu glene plu securu a manecare, bene remundu c' unu pocu de sale et de lardu troppu coctu, e poi seccu alu sule, voi altrove, a quantitate de iij gioumelle cescasuna volta, nanti che

competens tribuatur, et de hora in horam dentur ei ad comedendum herbæ super quas de nocte ceciderit ros; præterea per intervalla et frequenter minuatur, et, vice qualibet, parum de sanguine extrahatur; et, si eum inspexeris in aliquo vase, et sanguis eius apparebit quasi croceus, de mane et sero ducatur ad locum in quo sit gramen et ibi pascat, ut, natura eius aliquantulum confortata, calor ad propriam temperantiam reducatur. Interdum incurabilis est hæc passio, si crines et pili fluere et cadere incipiant.

Cap. CXLII. — De Equo pulsino.

Fit quædam infirmitas equo in canalibus pulmonis oppilans eos ita, quod vix equus anhelitum emittere potest; ex qua equo contingit quædam narium continua et magna subflatio, et crebra pulsatio iliorum. Accidit autem leviter, et magis equis pinguibus et repletis, ex subito multoque bibere dissolvente humiditates iuxta pulmonem, vel ad canales eius defluentes et eos oppilantes, ex quo equus in respirando impeditur. Provenit etiam hæc infirmitas quando statim post cursum vel magnum laborem equo potus aquæ frigidæ ministratur, et in hoc garziones, qui equos custodiunt, multum excedunt; quia ipsos ante potum currunt ut, post cursum, magis sitiant et magis bibant. Dicitur autem morbus iste vulgariter Pulsinus, et credimus esse speciem anhelitus. Provenit autem ex humore pulmonis substan-

beva, tuctavia dui volte in die; ca cotale formentu assai nutrica e refane lu corpu delu cavallu cusì lu cavallu de ligeramente ingrassarane comu voi. L'altru: sangese dela vena delu collu in poca quantitate, e lu cavallu stea il locu fregedu et tenperatu, et siagle data anona convenevele. E de hora in hora deaglese a manecare herbe supre le quale sia cadute la rosata de nocte, et poi per intervallu et spessamente se sange et a onne volta se traga pocu sangue. E se lu coglerai in uno vasu et sguardarailu illu, e te parerane quasi de colore de crocu, e la demane e la sera se mene allocu dove sia la gramaccia et locu pasca, chè la natura sua, unu pocu confortata, lu calore ve raduca a propria tenporanza. Et ene incorabile spitialemente se tes' sone li pili e comenza a cadire.

Cap. CXLII. — Delu cavallu pulcinu.

Fase una infermetate alu cavallu in deli canali deli pulmuni acturantile, sichè a granne pena lu cavallu po' respirare. Per la quale cosa abene alu cavallu una continua e granne suflatione dele nare et unu spessu bactere dele flancora. Et abene ligeramente et maiuremente alu cavallu grassu et replenu de subita et multa fatiga densoglente humiditate appressu lu pulmune, voi scurre ale canale soi, aturanteli, perchè lu cavallu respirandu ene inpedimentutu. E perbene questa infermetate quandu incontenente pelu cursu, voi per grande fatiga, daglese a bevere l'acqua freda. Et in questu li garzuni, che custodenu li cavalli, multu peccanu, perciò che correnu li cavalli nanti che bevanu, chè per lu cursu sia plu assectiti et plu bevanu. E questu male se dice vulganamente pulcinu,

tiam aggravante, unde libere flatum non potest emittere, qui retentus aggravat totum corpus, et redundans ad concavitatem iliorum, proprios meatus ibi recludit et, maiorem gravedinem operans, illam pulsationem inducit. Cura. Valde difficilis est et maxime si fuerit inveterata: Et cum fiat morbus iste propter pinguedinem vel humiditates alias dissolutas, et ad canales pulmonis defluentes et coagulatas ibidem, curetur calidis ad liquefaciendum pinguedinem coagulatam intra meatus pulmonis. Fiat ergo in primis talis potio: Recipe garyophillorum, nucis muscatæ, gingibri, galangiæ, cardamomi ana 3. *III., materiæ camini, seminis fæni, cimini parum plus aliis supradictis; pulverizatis bene his omnibus et agitatis cum vino albo, cum croci congrua quantitate distemperentur, deinde apponantur vitella ovorum ad quantitatem omnium prædictorum, et simul cum ipsis distemperentur et agitentur, potio autem sit tantum liquida quod valeat leviter deglutiri. Deinde, peracto equi capiti freno, et elevato in altum ore equi, cum cornu bovino, vel alio simili, prædicta potio ministretur, ita quod ipsam bene transglutiat. Maneat autem caput sic alte suspensum per horam, ut bene potio ad interiora descendat, postmodum ducatur ad manum, vel parvo passu equitetur modicum, ut dicta potio bene incorporetur, ne ipsam evomere possit. Per diem autem illum et noctem nihil comedat neque bibat, ne occasione cibi vel potus impediatur potionis effectus. Secunda vero die recentes comedat herbas vel frondes cannularum vel salicis, sive alia recentia, quæ haberi poterunt, ut, frigiditate herbarum recentium, calor potionis prædictæ aliquantulum temperetur. Dico autem ego quod requiritia, vel succus eius, predictæ potioni si apponeretur, plus valeret, quia pulmonem purgaret, et iliorum calorem temperaret. Item, cura, seu*

et credemu che sia spetia de resperatione. E pervene dalu humure delu pulmone agravante la sustantia, unne non pone liberamente respirare. Lu quale spiritu retenutu agrava tuctu lu corpu, et retorna ala concavitate dele flancora et induce lu vactere. La cura, troppu ene greve et spitialemente se questa passione ene invechiata. E concesia cosa che questu male se faza per grasseza, voi per humiditate dessulute, et ali canali deli pulmuni... Inprimamente se gle faccia una putione: Recipe de garofali, et de nuci muscate unc. iij., et de galanga et cardamune, de onne cosa unc. iij., et de micena de cami, et de ciminu, et de semente de finochiu, pocu plu che dell'altri nanti decti, con convenevele quantitate de crocu se stenpere. E mectacese le vetella dell'ova a quantitate de tucte le cose decte, et mastechese insenmura cule cose decte. E questa putiune sia tantu liquida che la poza ligeramente ingloctire; e de lenne, adcunciu lu frenu delu cavallu, et levata in altu la vocha, deaglese questa putiune c'unu cornu bovinu, voi con altru semegliante, sichè la inglocta bene. Stea lu capu cusì altu appesu per una hora, che la potiune descenga bene ale interiore. E poi se mene a manu, voi se cavalche unu pocu a pizulu passu chè non la regecte. In quellu die et in dela nocte non manduche nè beva, chè pre accasiune delu cevo, voi delu bevere, non inpedementisca la utilitate dela putiune. Et alu secundu die manduche le herbe recente, voi frunde de canne, voi de salci, voi altre cose recente che se porrane avere, chè per fregedetate dele herbe recente lu calore dela putiune unu pocu se tenpre. Dicu che se la riquilitia, voi lu sucu soi, se mectesse 'na decta putiune, valserace plune, ca purgarà lu pulmune et actenperarà lu calore dell'altre. Item la cura, voi la putiune meravegliosa alu

potio mirabilis ad equum pulsivum: Recipe capillorum veneris, ireos, praxii, requiritiæ, fænigræci, passularum ana 3. *semis, cardamomi, piperis, amigdalarum amararum, baurach ana* 3. *II., seminum urticæ, aristologiæ rotundæ ana* 3. *II., fiat decoctio, et dissolvantur agarici* 3. *semis, et pulpæ coloquintidæ* 3. *II., et fiat dissolutio cum melle ad quantitatem duarum librarum, et detur dicta potio tribus vicibus, vel pluribus si fuerit expediens, et ponatur in cornu, et si fuerit nimis dura, addatur aqua decoctionis requiritiæ. Si prædicta infirmitas recens fuerit, modo prædicto curetur; si vero antiquata fuerit, vix curabitur; possunt tamen aliqua remedia fieri, unde sic fiat: Coquantur utraque ilia ferris decentibus in unoquoque ad modum crucis duas lineas faciendo, ut, per ignem, tamen iliorum pulsatio minoretur; nares etiam per longum scindantur, quoniam levius attrahent aërem et remittent. His et aliis congruis adhibitis remediis, si virtus fortis extiterit, forte curabitur. Item ad idem: Primo detur equo per triduum frumentum elixum et detur ei parum comedere et de bono musto recenti, antequam bulliat, quantum voluerit, et dimittatur in loco sereno vel frigido, et parum de herbis detur sibi; hoc etiam valet ad tussim siccam: in defectu musti detur vinum optimum forte, et apponatur cum eo aqua decoctionis requiritiæ. Item ad idem: Fiat minutio de venis crurium anteriorum, et specialiter ab anteriori parte; cauteria etiam fiant in iliis ab utraque parte, setones etiam sub pectore mittantur et ter in die cum sapone ducantur, ut humores ad inferiora decurrant; postmodum accipe marrubium et absinthium et misce cum farragine, vel herbis viridibus, et da equo ad comedendum vel, si volueris, poteris dare equo succum dictarum herbarum, scilicet marrubii, et absinthii, cum cornu: debes tamen equum custodire a furfure et ab oppilativis.*

cavallu pulsinu. Recipe de capelli veneri, lu laiolu de planu, de riquiritia, de fenu grecu et d'uva passa, ugualemente unc. §., de cardamone et de pepe et de amandule amare et de burac ugualemente unc. ij., de semente d'urtica et de astrologia rutunda ugualemente unc. ij, farasenne una decotione, et resolgici de agairicu unc. §. et de pulve de colaquintide unc. ij., et dessolgase con dui libre de mele. E questa putiune se gle dea a bevere tre die, et tre volte in die, voi plu secce in misteru, et se fosse troppu dura, agiungici l'acqua duve ene cocta la riquilitia. Esse la decta infermetate fosse recente, curese alu dicto modu. Esse antiqua, a grande pena se curarane; posegle fare alcunu remeiu, unde se gle faccia cusì: Coquase anmura le flancora con ferri conveneveli a modu de croce, facendu dui rigue, chè per lu focu dele flancura lu vactere segle asseme, e le nare segle fenda pel longu, ca plu ligeramente trane asseve l'airu et recaccialu. E factegle queste et altri rimigi conmenevele, e se la vertute ene forte, forte cosa curarane. Item al'altru: inprimu gle se dea lu frumentu lexu tre die, e deaglese pocu a bevere e de bonu mustu recente, nanti che bulla, quantu volerae, et lassalu stare il locu serenu, voi fregedu et deaglese unu pocu d'erba, et questo vale ala tossa secca. In defectu de mustu deaglese lu vinu optimu e forte, et mictice cun ello l'acqua dela riquiritia;... e facciaglese la cuctura innamura le flancora. E mectaglese li setoni sulu pectu, et menese tre feata in die culu sapone, chè li humuri curranu ad insocta. E poi piglia lu marroiu et lu assenzu et mestecalu cola farragene e dellu a manecare alu cavallu. Voi, se tu volerai, porraile dare lu sucu dele decte herbe, cioene delu marrogiu et delu assenzu culu cornu. Tame tu divi guardare

Collocetur etiam equus in loco calido, et modicum fatigetur; fiat etiam emplastrum de hædera et ruta in ambobus iliis, et herbæ ustricæ mixtæ cum herbis recentibus propinentur, et cum omnibus prædictis ad urinæ provocationem insistatur, quia cum urina ventositas emittitur. Item ad idem: Recipe serpentem et, abscisso capite et cauda et extractis interioribus, fac bullire in aqua fluviali, vel alia, quousque carnes serpentis ab osse sive spina separentur, deinde, abiecto osse seu spina, misce dictam aquam et carnes serpentis sic coctas cum furfure vel frumento aut alia annona, et da equo comedere totum sic mixtum; vel potes, et erit melius, aquam decoctionis dare equo ad potandum, ita quod non detur sibi alius potus quousque totum biberit, et carnes cum annona mixtæ dentur ad comedendum. Debet autem per istum modum comedere tres vel quatuor serpentes, interponendo dies aliquos, ut de triduo in triduum detur sibi talis comestio et potus. Valet etiam et hoc ad equum scalmatum, et valet ad tussim siccam et ad equum, qui emittit vermes in egestionibus, quæ passio est mortalis.

Cap. CXLIII. — De infustito Equo.

Est quædam infirmitas equo proveniens, nervos attrahens, languoresque faciens per membra, et quandoque parum tumoris inducens, ita quod corium in tantum extenditur et trahatur quod vix potest capi cum digitis, sive stringi, nec non in suo gressu quasi infunditus videtur, et quandoque oculi lachrymantur. Et

lu cavallu dala brenna et da onne cosa oppilativa. E lu cavallu stea il locu callu et fatique pocu, et facciaglese lu enplastu dell' elera et dela ruta innamura le flancura; et gerve dure mestecate cule erbe recente se gle dea a prebenda. E con tute queste cose dicte se sfortie a provocare urina, ca cola urina se caccie la ventositate. Item a quellu medenmu: Recipe la serpe, et tagliatene lu capu e la coda et tractene le interiora, falle bullire in dell' acqua delu flume, voi cun altra acqua, fine actantu che la carne dela serpe se parta dall' ossu, voi dala spina. E de lenne gectandu l' ossu, voi la spina, et la dicta acqua et la carne dela serpe cusì cocta mesteca cula brenna, voi culu furmentu, voi cun altra annona, e dàlla tuctu a manecare alu cavallu cusì mestecatu. Et ene megliu se quella decotione dai a bevere alu cavallu si che noglie dei altru a bevere fine che agia bevuta la decta decotiune, et la carne cula annona agia tucta manecata, et per questu modu gle dane a manecare voi trene, voi quactru, serpe interponendoce li die, che da tre die gle se dea cotale manecare et bivere. E questu vale alu cavallu scalmatu et vale ala secca tussa e vale alu cavallu che gecta li vermi per lu fundamentu, la quale passione ene mortale.

Cap. CXLIII. — Delu cavallu infustitu.

Ane un' altra infermetate proveniente allu cavallu actraente li nervi, faciente langore pele membra, et alcuna fiata aducente tumore pocu, sichè lu coru se stenne tantu et tirase, che se non po' pigliare, voi strengere, cule deta, et pare quasi infunditu in deli soi anare, et alcuna fiata gle lacrema l' occhi. Et abegle

accidit hæc infirmitas quando equus sudatus, vel calefactus, superflue fuerit, et postmodum in loco frigido ponitur vel ventoso, quoniam ventus subintrat per poros apertos; nam, ex calore, pori aperiuntur, et sic languor et attractio nervorum inde oritur, impediens gressus equi: qui morbus vulgariter dicitur Infustitus. Cura. Primo patiens in loco calido ponatur, deinde aliqui lapides molares vel lapides vivi igniti sub ventre equi ponantur, interim, superposito prius panno lineo grosso equi longitudinem et altitudinem superante, teneatur pannus ille a duobus hinc et inde, ita quod medium panni resideat super tergum equi, et postea paulatim et sæpius aqua calida super dictis lapidibus aspergatur, et in tantum illa fumositas equi corpus præoccupet donec totum in sudorem vertatur. Et cum ex tali longa operatione equus bene fuerit calefactus et universaliter sudaverit, involvatur equus prædicto panno, et, prout melius fieri poterit, cingletur, et tamdiu moretur sic, donec sudor omnis recedat et cessat; sudore cessante, crura fricentur et inungantur bene optimo butyro, vel dialthea, vel oleo olivarum calidis competenter. Vel fiat talis decoctio: Recipe paleæ frumenti, aristarum alliorum, cineris et malvarum, et insimul decoquantur; et cum tali decoctione calida, quantum poterit substinere, crura et spatulæ et nervi sæpe universaliter madefiant, equum nullatenus a loco calido removendo, sed dentur sibi semper cibaria calida, donec ad statum debitum reducatur.

Cap. CXLIV. — De verme.

Vermis est quædam infirmitas incipiens in equi pectore vel intra coxas iuxta testiculos, deinde, ad crura

questa infermatate quandu lu cavallu superfluamente sarrane funditu, voi scallatu, et ponese il loco fredu, voi ventusu, ca lu ventu entra peli pori aperti, ca li pori aprenu per lu callu, et fase infermetate et actractiune de nervi inpedementente l'annamenti delu cavallu, lu quale male se dice infustitu vulganamente. La cura: in prima se pona lu cavallu il locu callu, e de lenne alquante prete vive rotunne focante se pona su lu ventre delu cavallu interra, in primu postugle unu pannu de linu grossu superante ala longueza e al' alteza delu cavallu. E tengiase lu pannu de qua et de là, sichè lu mezu delu pannu sengia supra lu dossu delu cavallu, et poi a pocu appocu spessamente se sparga supra le prete l'acqua calla, chè tucta quella fumositate pigle lu corpu delu cavallu fine che tuctu sude. E con cotale longa operatione lu cavallu sarrà ben scallatu et sudarà tuctu, abolvase lu cavallu in delu dectu pannu, et comu megliu po' essere se cenga, et tantu stea cusì che lo sudore se cesse. E cessante lu sudore frechesegle le ganme et ungase bene de buteru, voi de dialtea, voi d'oliu de oliva callu, conmenevelemente tuctu. Voi se faccia una cotale decotione: Recipe de paglia de formentu et de reste d'agli et de cenere et de malve et cocile in senmura. Et con cotale decotione, calla quantu lu po' sostenere, le ganme e le spalle, et li nervi spesse fiata tuctu senne ungeno, non removendu lu cavallu da locu callu; et deaglese spessamente cibura callide fine che se raduche alu statu che deve.

Cap. CXLIV.— Delu verme.

Lu verme ene una infermetate comenzantese in delu pectu delu cavallu, voi inter le cosse apressu li

descendens, tumefacit ea crebris ulceribus perforando: qui morbus ex malis creatur humoribus superfluis et calidis longo tempore insimul congregatis et confluentibus ad quasdam glandulas, quas equi singuli habent inter utramque partem pectoris prope cor, et intra coxas iuxta testiculos. Confluunt autem hic propter dolorem ibi inventum, quoniam ad locum dolentem confluunt humores et spiritus, et aut ex labore nimium dissolvente, vel ex longa humorum ibi residentia et putrefactione, recipiunt loca illa humores et detinent, quia caro illa glandulosa spongia est. Confluxis igitur humoribus ad locum et ibi detentis et putrefactis, tumescit glandula et abinde postea pectus, cum ex putrefactione concurrat ibi multitudo humorum; deinde tument crura et, ab humoribus ad eadem descendentibus, ulcerantur propter corruptionem et inordinationem ipsorum; quæ ulcera multas emittunt humiditates, et, nisi succurratur, tota corporis humiditas per ea evacuatur. Hic morbus, quia in diversis locis nascitur, diversimode nuncupatur, sed ab eo, qui ad crura descendit, incipiendum est, quoniam scilicet magis ibi apparet et frequentius accidit. Magister Maurus dicit quod hanc passionem aliqui Guttam, aliqui Vermem vocant, eo quod ad similitudinem illius serpendo, cutem inficiens, eam minutatim perforat, et per illa foramina sanies effluit. Hæc autem passio quandoque occupat anteriora crura tantum, quandoque circumfunditur per totum corpus; sed, cum per totum corpus spargitur, sola minutione curatur. Fit autem hæc ægritudo duabus de causis, vel quia equus post diuturnum et prolixum exercitium manet longo tempore in quiete vel, ut restauretur, non minuitur; unde humores, qui soliti erant cum sudore evaporare, vel exercitio consumi, recipientur, et, interius retenti, multiplicantur et corrumpuntur; unde,

testiculi; e delenne descengente ale ganme intumediscele plagandule de spesse plague; lu quale male se crea da rei humuri superflui et callidi lontanu tenpu adunati insenmura et scurrenti alequante glandule, le quale onne unu cavallu le ane inter l' una et l' altra parte delo pettu appressu lu core, et inter le cosse appressu li testiculi. E scorrenu locu per lo dolore che trova locu, ca li humuri currenu alu locu dolente et li spiriti, voi per granne fatiga dessoglente, voi per longa residentia de humuri, et quelle locura recipe putrefactiune et detennu li humuri, ça la carne glandulosa ene spongnia. Scursite li humuri et retenute alu locu et putrefacti, intumidisce la glandula, et da lenne alu pectu concorre multetudine de humuri per la infectiune. E de lenne intumedisce le ganme, et de ili humuri descengente ale ganme plagase per la corructione et per la mala ordenatione luru. Le quale plaghe gecta multa humiditate, et se gle se non soccure, tota humiditate delu corpu esce per quelle plague. Ca questu male in diverse locura se incomenza.... ca spessu appare et pelu spessu abene. E mastru Mauro dice che questa passiune alcuni ne dice gucta, alcuni verme, perciocchè a sua semeglianza cercandu la cotica corrunpala et pertondala minutula, et per quelle forame gecta la sania. E questa passione alcuna fiata occupa le ganme denante, alcuna fiata... sparge... curase per sola la sangia. Et fase questa infermetate per dui accasiune: voi che lu cavallu possede lontanu reposu et opra de grande reposu, voi che se restore et non asseme. Unne li humuri, li quali se solea consumare cun sodore et vapore, per fatiga retenese da entru, et retenuti multiplicano et corronpense. Unne perciò che le guance è... in delu muvementu luru li humuri et li calure se dessoglenu et currenu ala vena

quia in mandibulis est motus, ipsarum calore humores dissolvuntur et circa venam organicam defluunt, et in summitate pectoris conservantur et retinentur, ibique in quandam carnem quasi marcidam transubstantiantur, quæ omnem humorem illuc decurrentem corrumpit, ibique maiorem assumens virulentiam et terrestreitatem decurrit inferius, partes, per quas facit transitum, dissipando; unde ex eius habundantia et plenitudine crura tumescunt, et fit dicta ægritudo ex virulento humore illuc decurrente, et tunc humor ille defluit minus, et ulcerationes apparent croceæ et quasi cholericæ, et sunt densiores, hoc est spissiores. Cura. Quando glandulæ, quas prædixi, tumescunt, vel plus solito augmentantur, statim equus de vena consueta colli, quæ est inter collum et caput, et de venis solitis ab utraque parte pectoris, vel coxarum, usque ad debilitatem cordis vel corporis sanguis minuatur, ut humores superflui vacuentur; deinde ponantur setones, sive laquei, in pectore vel in coxis, ut ibi humores continue deriventur per congruam exagitationem setonum. Et quia sic setones præparant viam humoribus iam concursis, nullam vel parvam faciunt læsionem. Ad locum autem dolentem fluunt humores et spiritus, unde setonum loco dolente, propter agitationem ipsorum et propter incisionem, loco debilitato, humores ad coxas confluentes iter iam inceptum penitus dimittunt, et per viam illorum locorum eis apertam extra eiiciuntur, et ita humores prædicti non possunt ad crura descendere nec tumefactiones adducere, ut dictum est. Sciendum est autem quod setones, postquam primo sunt positi, agitari non debent nisi duorum dierum spatium primitus sit elapsum, postea vero mane et sero agitentur quotidie in tantum, quod duo iuvenes fatigentur qualibet vice, equo prius parvo passu non modicum equitando, ut, per laborem

organica, et retensi in 'na la sumitate dela pectu, et locu se muta in sustantia in una carne quasi marceda, la quale onne humore currente locu corrompe in onne parte recepente grande violentia, et decurre in sucta ali parte, per li quali parti passa dissipandule; unne per sua abundantia et plenetudine le ganme enflanu; voi illu se fane locu la decta infermetate per humure violentu, et allura quellu humure scurre menu, et apparenu plague de colore cialle et quasi culerice, et sone plu spesse. La cura: quandu le glandule le quale aiu decte intumescenu, voi crescenu plu che non sole, incontenente dela vena accustumata delu collu, la quale ene inter lu capu e lu collu, et dele vene usate d'anmura li parte delu pectu, voi dele cosse, usque a debilitate delu core, voi delu corpu, se sange, chè li humuri superflui se voite: e delenne gle se mecte li setone, voi li lacci, in delu pectu, voi in dele cosse, chè li humuri continuamente vadanu locu per conmenevele menare dele setune. Ca si le setone acconcia la via ali humuri concorsete, poca voi nulla fa lisiune. Et alu locu dolente correnu li humuri et li spiriti, unne dolente lu locu deli setoni per lu menare et per lu tagliare adevelitu lu locu, li humuri correnu ale cosse, et quellu ch' ene comenzatu appestuctu lu lassa, et per la via de quelle locura aperta ali humuri iectale fore, sichè li dicti humuri non pone descendere ale ganme, nè pone inflare comu ene dictu. E sacci ca li setone, da poi che inprimamente ce so' posti, non se deve menare se non per spatio de dui die, et lu primu sia lassatu. E poi se mene la demane e la sera tuctavia, intantu che due iuvene ce se fatigue at' onne feata, et lu cavallu se cavalche non pocu appizulu passu, chè per la tenperata fatiga, li humuri se dessoglianu, et alu locu

temperatum, dissolvantur humores et ad locum confluant levius; deinde non cesset equus die qualibet fatigari, cavendo et custodiendo eumdem ne comedat herbas aut fænum propter humiditatem quam habent, imo de aliis parum comedat, solum ad virtutem conservandam, quoniam pro nimia comestione vermes potius augumentantur; nec non in locis frigidis maneat pro quiete, ne calore nimio cicatrix affligatur et equus exinde fiat plurimum tædiosus. Si vero propter dictas curas glandula vel vermis non decrescat, sed superabundet, humores tibias superflue tumefacientes, tunc illæ glandulæ, vel vermes, totaliter extrahantur. Scindantur per longum corium et carnes cum lanceta usque ad inventionem vermis vel glandulæ, deinde, deposito ferro vel lanceta, glandulæ illæ, sive vermes, ungulis manuum tantummodo circumcirca excarnando exterius radicitus exstirpentur, prout salubrius et melius fieri poterit, nihil ibi de verme vel glandula totaliter remanente. Hoc facto, stuppa munda in albumine ovi sufficienter infusa vulnus totaliter impleatur, stricto postmodum vulnere, ne stuppa aliqualiter possit exire (si vero vermis, vel vulnus, fuerit in pectore, ligetur semper, propter ventum, petia linea ante pectus supra vulnus); deinde vulnus usque ad tertium diem mutari non debet, deinde mutetur bis in die stuppa madefacta in oleo communi et albumine ovi simul agitatis, vulnus tamen prius vino calido abluendo; et praedicta utatur cura usque ad novem dies, postea vero abluatur bis in die vino aliquantulum tepefacto, et immittatur in vulnere stuppa minute incisa in pulvere subscripto involuta, qui pulvis talis est: Recipe calcem vivam et mel æqualiter et misceantur insimul et agitentur in tantum quod fieri possit inde quædam placentula, quæ postea ponatur in ignem, et tantum ibi moretur quous-

scurrenu megliu. E de lenne non cesse de fatigare lu cavallu onne die, scansandulu et guardandulu che non manduche gerva nè fienu, per la humiditate la quale annu. Ancora dell' altre cose poche manduche, solamente per conservare la vertute, ca per lu troppu manecare li verme maiuremente crescenu. Per necessariu lu cavallu stea il locu fredu per reposu, che per lu granne calore li ....ace, se non n' aflige, et lu cavallu se non faccia incressivu. Esse per le decte cure la glandula, voi lu verme, non assema, ma supre habunda, li humuri intunmedente le ganme superfluamente, allura le glandule, voi lu verme, senne traga in questu modu: fendase lu coru per longu et la carne cola lanceta finechè trove lu verme, voi le glandule. E delenne, lassatu lu ferru, quelle glandule, voi lu verme, sulamente sene traga cull' onge, scarnandole da fore, et sterpese dala radicina cusì comu megliu et salutevele se po' fare, et sterpese in tale modu che niente ce remanga delu verme, voi dela glandula: e factu questu, la stuppa munda infussa in alvume dell' ovo et enplasenne la plaga tucta, et poi se cusie la plaga chè la stuppa niente ne poza issire. Esse lu verme, voi la plaga, fosse in delu pectu, leguecese, per lu ventu, una peza de linu, voi de lana, nanti lu pectu supra la plaga. E de lenne la plaga usque al terzu die se non remute. Delenne se remute dui feata in die cun stuppa infussa in dell' olio comunu et... inde menatu insenmura; tame inprimamente se lave la plaga de vinu callu. E la decta cura se use usque a nove die; e poi se lave lu locu doe fiata in die de vinu unu pocu tepeglio, et mectase 'na plaga la stoppa tagliata minuta involta in dela pulve supra scripta. La pulve ene cutale: Recipe la calce viva e lu mele ugualemente et mestechese insenmura sichè se faccia

que fiat sicut carbo, deinde pulverizetur; et tali pulvere utatur donec vulnus decenter fuerit solidatum, setonibus nihilominus agitatis, et equo quotidie fatigato. Sciendum vero est quod, cum vermis fuerit exstirpatus, equus equitari non debet usque post tertium diem; deinde vero diu et sine mora equitetur qualibet die, ut prædixi. Alia cura brevior et salubrior, videlicet: Scindatur locus per longum usque ad vermem cum lanceta, vel ferro ad hoc apto, deinde resalgar pulverizatum bene ad pondus trium tarenorum, aut plus vel minus sicut expedire videbitur, superaspergatur semel tantum vermi, posito postmodum bombace in ore vulneris, ne resalgar possit exire; corrodet enim vermem novem dierum spatio; corroso autem verme et radicitus destructo, utatur cura, de qua in extractione vermis superius iam dixi. Si vero propter prædicta omnia humores restringi vel dessicari non possint quin ad crura descendant, foramina seu ulcera velut parras vesicas facientes, statim ferro, rotundo in capite, illa ulcera, vel vesicæ, funditus decoquantur, magistram venam pectoris primitus decoquendo ex transverso, quæ tendit a loco vermis inferius usque ad pedes, postmodum vero, decoctis foraminibus crurium, ut dixi superius, aspergatur calx viva in ulceribus bis in die solummodo, separata prius coctura ferrea foraminum sibi facta. Et nota quod, si ex verme crus remanserit inflatum, taliter subvenitur: Sumantur hirundines, quæ sanguisugæ dicuntur, et circumcirca inflationem crurium ponantur, abraso prius loco tumefactionis prædictæ, vel abraso universaliter toto crure, deinde, abstracto sanguine cum sanguisugis in quantum exire poterit, totum crus emplastretur cum aceto fortissimo et creta alba insimul agitatis, vel teneatur in aqua frigida et currenti diu quotidie de mane et sero:

comu 'na splanata, la quale se pona in delu focu et tantu se sengia fine che divente russia; et delenne se ne faccia pulve, et de cutale pulve se use ala plaga fine che la plaga sia resollata. E le setone se mene. E lu cavallu tuctavia se fatigue. Et ene da sapere che quandu lu verme sarà sterpatu, lu cavallu se non deve cavalcare usque per lu terzu die. E delenne se cavalche lontanamente e senza modu onne die comu agiu dictu. L'altra cura plu bre' et plu salutevele, cioene: taglese lu locu per longo usqe alu verme cula lanceta, de lenne lu resalgaru pulverizatu bene a pesu de iij tarini, voi plu voi menu, cusì comu pare che baste, spargaseglece de supra una feata, et ponacese la vanmace in dela bocca dela plaga, che lu resargaru non esca; ca ello corrodorane lu verme in dele nove die. Ma corrosu lu verme e destructu dala radicina, usecese la cura dela quale agio dectu in dela sterpatione delu verme. Ma se per le decte cose, se non pone restrengere e dessecare li humuri ca se descengesse ale ganme faccente furame voi plague, cusì comu pizuli vessiche, incontenente c'unu ferru rutundu in capu se coca quelle plague, voi le vessiche, affundu, in primu cocendu la mastra vena delu pectu per traversu, la quale vane alu locu delu verme insucta usque ali pedi. Poi chesso'cocte li forame dele ganme, comu agiu dictu, spargacese la calce viva in dele plague dui volte in die solamente, departuta in primamente la coctura facta delu ferru in deli furame. E nota che se per lu verme remane la ganma inflata, suvengiaglese in questu modu. Piglese li irudine, cioene le sanguesuche, et ponase deturnu ala inflatione dele ganme, inprimu rasu lu locu delu tumore, voi rasa tucta la ganma. E delenne, tractu lu sangue cule sangesuche quanto ne po' iscire, tucta la

et hoc fiat quotidie donec crura gracilia redigantur. Alia cura: Recipe lac anabulæ et ponas in foraminibus vermis, et hoc facias donec infirmitas desiccetur. Item alia cura: Recipe cinerem factum de ligno cerri vel vitis, et fac inde lixivium, in quo lixivio extingue calcem vivam; qua extinta, accipe de calce sic extincta duas partes et de sapone, facto ad lavandum capita, unam partem, et distempera ambo simul cum lixivio supradicto ad modum unguenti non multum mollis, deinde ipsum unguentum pone supra foramina guttæ seu vermis, donec vermis desiccatur, et radicitus exstirpetur; expertum est. Item alia cura: Fiat minutio de vena cruris posterioris, ex parte anteriori, sub genu, postmodum diligentissime quære iuxta venam colli, et carnositates illas invenies, quas diligenter incide (et cave ne vena tangatur); et prædictas carnes, quia quasi quasdam brancas habent, incidas et radicitus evelle, ne aliquid ibi remaneat. Scire enim debes quod si aliquid, licet modicum, de radicibus remaneret, de facili in pristinum statum infirmitas rediret. Post hæc cauterizetur profunde, deinde stuppa bene balneata in clara ovi superponatur, et per tres dies equus stet in stabulo in quiete, et ibi comedat et bibat, postmodum vero singulis diebus mane et sero aliquantulum exercitetur ut humor ille conglobatus dissolvatur et egrediatur; hoc autem fiat donec tibia detumescat, et ulcera inceperint desiccari, et color ille subniger, vel croceus, convertatur in album. Ad ulcera desiccanda tale fiat unguentum: Recipe calcis vivæ, piperis, sulphuris, nitri et lactis anabulæ, et hæc omnia conficiantur cum oleo communi; hoc unguentum ulcera desiccat et ea consolidat. Item in singulis ulceribus distemperetur, seu liquefiat, pix græca, vel cauterium superponatur, et post mensem equus minuatur.

ganme se enplaste de terra blanca et d'acetu, mestecate in senmura, voi illu se tengia in dell'acqua freda currente luntanamente, la demane e la sera; e questu se faccia tuctavia fine che le ganme se raduca in delu primu stato. L'altra cura: Recipe lu lacte de anabulla et puilu in deli forame delu verme, et questu fane fine che la infermatate se desseche. Ancora t'altra cura: agi la cenere de la cerru, voi dela vite, et fanne la lissia: in dela quale lixia se ramora la calce viva, la quale ramorta, piglia due parti dela calce viva cusì ramorta, et de sapone factu allavare lu capu una parte, et anmura le stenpera insenmura cula lixia dicta, a modu de unguentu non multu in molle. E puilu supra li forame dela gucta, voi delu verme fine che lu verme se seche et sterpese dala radicina. Expertu ene. L'altra cura: sangese dela vena dela ganma de retu dala parta de entru sulu genocchiu, e poi diligentissimamente cerca appressu la vena delu collu, et truvarai quella carnositate, la quale talia sollecitamente et guarda che non toche la vena. E la decta carne che ane quasi branche, tagliala et carpila dala radicina chè ce ne no remanga chibelli. Ma deve sapere che se ce remane niente dela radicina, retorna lu male alu primu statu. E poi segle se coca prefundu, et ponacese la stuppa cula clara, et tre die stea lu cavallu in dela stalla et locu manduche e beva. E poi cescasunu die, la demane e la sera, unu pocu se fatige, chè quellu humure adunatu se dessoglia et escane. E questu se faccia fine che la ganma stunmesce e le plague comenze a dessicare et quellu colore subvivu, voi giallu, se converta in albe. A dessecare le plague, facciase cutale unguentu: Recipe de calce viva, de pepe, de solfu, de nitru et de lacte de tutumagliu maiore, e tucte queste cose se confitii

Cap. CXLV. — De verme volatili.

Quandoque accidit quod in corpore equi efficiuntur ulcera plurima diversimode et specialiter in capite equi, unde tumescit equi caput et per nares, velut aqua, humores plurimi emittuntur. Hic autem vermis volativus vulgariter nuncupatur, quia ad partes superiores ascendit, quod ideo contingit, quoniam humores ad superiora feruntur. Cura. Minuatur equus de venis consuetis amborum temporum, sufficienti sanguine extracto; deinde setones sub gutture ipsius ponantur. De setonum vero agitatione, de comestione, de equitatione, necnon de usu loci frigidi, fiat per omnia sicut supra in capitulo proximo de Verme iam dixi. Si vero vermis volatilis in cymorrham transeat, quod sæpe contingit, fiat sicut supra in capitulo de cymorrha narravi. Aliqui vocant hunc vermem talpinum, quem sic curant: Invento capite vermis, scindunt locum et extrahunt vermem coquuntque foramina ferro ignito, et dant ei herbam avenæ comedere, beneque custodiunt.

Cap. CXLVI. — De verme dicto farcina.

Farcina ex nimia humectatione carnis et repletione humorum vocabulum sumpsit, quam quidam Vermem vocant, eo quod putridus et superfluus humor in

insenmura con olio cunmunu. E questu unguentu secha le plaghe et ressollele. Item: in onne una plaga se stempre la pece greca, voi gle fane la coctura, et passatu lu mese se sange.

Cap. CXLV. — Delu verme volativo.

Molte feata abene che in delu corpu delu cavallu nasce multe plague in diversi modi, spitialemente in delu capu delu cavallu. Unne segle enfle lu capu, et per le nare caccia comu acqua li umuri. E questu vulganamente s'apella verme volativu, ca salle ali parti de supra, ca tuctavia avene ca li humuri sallenu in sopra. Sangese lu cavallu dele vene usate de anmura le templa et tranne sangue sufficiente. Delenne gle micti le setone sula gola. Ma delu menare deli setone, e delu manecare, et delu cavalcare, et delu usare il locu fredo, facciase comu dice in delu prozimu capitulu delu verme. E se lu verme volativo passa in de cimora, la quale cosa spesse feata abene, faciaglese comu aiu dectu de supra in delu capitulu dela cimora. Et alcuni diceno questu verme tupanaru, lu quale curanu cusì: truvatu lu capu delu verme, fendenu locu, et tranne lu verme, et coce li forami culu ferru callu, et dagle a manecare la gerva che se dice vena, et guardalu bene.

Cap. CXLVI. — Delu verme che se dice farcina.

La farcina per troppu humectatiune de carne et per le repletiune de humuri recepe lu nomu. La quale farcina alcuni la chiama verme, perzochè pucturusu

carne et cute foramina facit, quemadmodum vermis terrestris facit in terra. Nascitur autem ex marcido sanguine rheumatizante extra venas, et aliquando nascitur ex plaga, vel ictu, si infra duos menses curata non fuerit, et fit in concavis locis, sicut inter spatulas et in lateribus; soletque ex consortio equi farcinam habentis accidere, contagiosus enim morbus existit. Cura. Si infirmitas in anteriori parte corporis fuerit, et habundantia sanguinis in corpore percipitur, unde originem multoties sumit, tunc de vena colli minuatur; si vero in crure vel tibia infirmitas fuerit, minuatur.... Si locus infirmitatis non fuerit in cavernis ossium vel musculorum, sed in loco carnoso, tunc incidere et denudare omnem occultam callositatem bonum est, ac postea cum ferro incidere, deinde emplastrum de melle, vitellis ovorum, farina et agrimonia, vel anantia, factum apponere. Contra farcinam in equo vel homine pulvis expertus: Recipe diadragantis, boli, sulphuris, gallæ, fuliginis ana 3. *I.,, aloes, myrrhæ, olibani, atramenti, picis nigræ, cornu cervi, aristolochiæ longæ et rotundæ, foliorum mori, et corticum mali granati, gypsi, subterræ, salis, saponis ana* 3. *II., panis hordeacei, testarum ovi et mellis combustorum in pergameno* 3. *III., plumatia superpone. Et nota quod si vermes fuerint in aliqua plaga, pulvis ellebori albi infusus in aqua necat eos. Et nota quod minutio non est facienda in equo quando farsus multum invaluit, sed circa principium et in declinatione, in medio autem non. Item, nota quod castratis animalibus minuendum non est nisi magna necessitas urgeat, quia cum in eis sanguis minuitur et frigiditas augmentatur, et signum est, quod castratorum animalium venæ sunt attennuatæ. Item ad idem: Tres pugilli gariophilatæ, et tres plantaginis, et unus pugillus raphani, terantur bene et*

humure superfluu fane in dela carne forami acuti, comu fane in terra lu verme terrenu. E nasce per sangue facente reuma fore dale vene; et alcuna fiata si nasce per plaga, voi per culpu, se infra dui misi non sarrà curatu; e cusì in de locura concavate, cusì comu ene intre le spalle et in dele latura; e sole abenire per conpangia deli cavalli habente la farcina, et ene infermetate apprenhenciva. La cura: se la infermetate sarrane dala parte denante delu corpu, et pre habundantia de sangue se percepe, unne multe feata recepe nassimintu, e allura se sange dela vena delu collu. Et se la infermetate sarrane in dele ganme, sangese delu pede. E se la infermetate non sarà nè in dela concavitate dell' ossa, voi deli musculi, ma in locu carnusu, allura tagliare et scuprire onne callusitate nascusa ene bene, et poi tagliarela culu ferru; e facciaglese une enplastu de mele et de vetella d' ova, et de farina et de agrimonia. Contra la farcina in delu cavallu, voi in dell' omu, la pulve provata: Recipe de draganti, de boli, et de solfu, et de galla, et de fulligine, de onne una 3. j. et de calce, et de mirra, et de incensu, et de actramentu, et de pece greca et de cornu de cerviu, et de astorlogia longa et dela rotonda, et de frundi de mori, et de scorci de melu granatu, et et de gessu, de terra, et de sale, et de sapone, de onneuna unc. ij., et de pane d' oriu, et de cocchie d' ova arse in pergamencio unc. iij. et duci de supra li pulmaccioli. E nota che se lu verme sarane in de alcuna plaga, lu pulve delu elebori blancu, infussu in dell' acqua, li occide. Ma ene da fare in delo principiu, et quandu mancha, in delu meczu none. E nota che all' animale castrate none da fare minutione, forsia non fosse granne necessetate ad illi, lu sangue se assema e la fregedetate se gle acresce, et lu sinnu ene dele

cum aqua parum humectentur, et dentur equo ad transglutiendum; et emplastrum, factum de anancia et radicibus raphani ana, super infirmitatem, pilis abrasis, ligetur, sicque fiat bis in die mane et sero, donec infirmitas omnino desiccetur; interim autem hordeum et paleam, vel fænum duræ terræ, comedat, et a præbenda et potu optime custodiatur.

Cap. CXLVII. — De verme anticor dicto.

Accidit multotiens propter magnam quietem equi, maxime si equus fuerit bene præbendatus, et minutio non præcesserit in tempore constituto, quod multi humores superflui in eo generantur, propter quod aliquando violentus humor in vasis sua furiositate et multitudine stare non potest, sed derivatur ad loca concava, videlicet spiritalia, ubi sunt spiritus, et circa cordis casulam coadunatur: et quia multus est humor et vigore virtutis compulsivæ cordis non potest totus expelli, sed quædam pars ad exteriora transmittitur, videlicet ad pectus, quæ ibi tumorem generat; qui, si collum occupaverit, pravum signum est, quia erit signum mortis: pars vero altera in casula cordis existens putrescit; putrefacta autem ipsa, corrumpit substantiam cordis, et sic mors sequitur, unde hæc passio cordis suffocatio vocatur, hoc est Anticor. Signa vero cognoscendi hanc ægritudinem sunt ista: Caput tenet demissum ita quod vix videtur posse caput subtinere. Item

castrate animali le vene, che sono assoctugliate. Item a quellu medenmu: tre pugilli de garofolata et trene de plantagene, et unu pugillo de rafanu; pistese bene et infondase c' unu pocu d' acqua, et dease alu cavallu ad ingloctire, e lu enplastu, factu de avantia et dele radicine deli rafani ugualemente, leguese supre la plaga et radasenne li pili. E facciase dui fiata in die la demane et la sera, et lu secundu die, fine che alu pestuctu la infermetate sia dessecata. Et inter tantu lu cavallu manduche orio et paglia, voi fenu de dura terra, et guardese optimamente da prebenda et da vevere.

Cap. CXLVII. — Delu verme che se dice antecure.

Multe fiata abene alu cavallu per lu grande reposu, et spitialemente se lu cavallu sarrane bene apprebennatu, et nogle sia facta sangia in delu tenpu ordenatu, perciò che multi superflui humuri se genera in delu cavallu, per la quale cosa alcuna fiata lu violentu humure non se po' retenere, per la sua furositate et multitudine, in dele locura, ma senne vane ale locura concavate, cioene ale locure spiritale, dove sone li spiriti, et adunace in dela casa delu core. E perciò che lu humore ene multu e per lo vigore dela virtute expulsiva delu core non senne pone tuctu scacciare, ma una parte se ne mande da fore, cioene alu pectu, et genera locu tumore; lu quale se piglia lu collu ene pravo sinnu, ca ene sinnu de morte. E ladra parte, demorante in dela casa delu core, fane sania; e facta la sania, currupe la sustantia delu core et cusì sequeta la morte, unne questa passione se chiama soffocatione dè core, cioene lu nante core. E

equus perdit appetitum. Item in pectore patientis equi apparet manifestus tumor quidam. Et debes scire quod ille tumor, seu glandula, quæ manet in pectore equi iuxta cor, nimium augetur propter humorum multitudinem confluentem ibidem, ad partes alias nullatenus derivantem, et talis tumefactio, vel augmentatio glandulæ, subito redigitur in apostema; et, quia vicina cordi satis existit, eidem continuo adversatur, et, nisi patienti celeriter succurratur, cor equi ab apostemate prædicto facilius posset lædi. Dicitur autem hæc infirmitas Anticor, hoc est contra cor. Cura. Ante omnia fiat minutio de vena femoris interius, postmodum fiant duæ incisiones per longum sub tumore ut humor ille egrediatur; exercitetur etiam modicum ut calore exercitii humor dissolvatur, et a vento custodiatur, quia de facili spasmus superveniret. Item ad idem: Setones ponantur inter femora, et ducantur donec vulnus sanetur; et, si tempore sanitatis equi hoc fiat, ab infirmitate anticoris præservabitur. Item ad idem. Sive equus infletur sub pectore, sive sub ventre, perfora tumefactionem cum phlebotomo per duas partes, vel per quatuor, et transmitte aliquod ferrum longum, deinde immitte setones, et ducas donec vulnus spumet; et id sæpe fiat donec sanetur. Ad hoc autem ut inflatio seu tumor detumescat, et humor ibidem permanens dissolvatur et consummetur, tale fiat emplastrum: Recipe brancham ursinam, absinthium, hederam terrestrem, malvam, spargulam rubeam minorem, et rutam cum suis radicibus, deinde decoquantur omnia simul valde bene, et ponantur omnia tepida super inflationem ad modum emplastri, quia sine dubio inflationem, seu tumorem, dissolvent. Si equus habuerit guttam, vel inflaturam, in tibiis, accipe radicem filicis et tere cum melle et axungia, et fac unguentum et unge. Item potest subveniri

li sinna de conoscere questa infermetate sone queste: Lu capu tene remessu et pare che lo ne poza sustenere; e perde l'appititu, et appare in delu pectu delu cavallu tumure manifestu. E deve sapere che quellu tumure, voi glandula, che stane in delu pectu delu cavallu appressu lu core, cresce troppu per la multitudine deli humuri scurrentece et non correnti all'altre parti. Et cutale tumore, voi acresiementu de glandule, subitamente se raduce in postema: et ene assai vicinu alu core e tuctavia glene contrariu. Esse segle non soccorre vivacciamente, lu core delu cavallu dela decta parte leieramente po' avere lesiune. E dicese questa infermetate nante core, cioene contra lu core. Cura: innanti che nulla cosa segle faza, sangese dela vena delu pitinicchiu de intru e facciaglese dui tagliature in longu sulu tumure, chè quellu humure senne esca. E fatighese unu pocu, chè per lu calore dela fatiga lu humure se dessoglia. E guardese dalu ventu, ca ligeramente porria suvvenire lu spasmu. Item a quellu medenmu: mectaglese li lacci inter lu pictinichiu et menecese finechè la plaga sia sanata. Et se in delu tenpu dela sanetate delu cavallu segle fane questu, serva lu cavallu dala infermetate delu nanti core. Item a quellu medenmu: voi se lu cavallu se infla sulu pectu, voi sulu ventre, pertunni lu tumure culu fletumu pe dui parti, voi pe' quactru se convene, et mictice unu ferru longu, et po' lu ferru micte le setune, et menale fine che la plaga spume. E questu fane spessu fine che se sane. Acciò che la inflatione, voi lu tumure, stunmedisca et lu tumure se dessoglia et consumese, facce cutale enplastu. Recipe la branca ursina, lu assenzu et l'elera terrena et la malva, la sparvola ruscia minore, et la ruta cola radicina. E coci bene onne cosa insenmura et pona-

infirmitati anticoris per alium modum: Statim igitur quod glandula seu tumor videbitur subito ingrossari et quasi cum furore plus solito augeri, et plerumque totum corpus tumescere multum, ex pectore absque mora prædicta tumefactio radicitus extirpetur sicut vermis, et vulnus curetur, sicut supra de Verme dictum est, exceptis setonibus et equitatione et frigida mansione, quibus nullo modo utatur; et quia hæc infirmitas, seu apostema, satis vicina cordi existit, debet cum summa diligentia custodiri. Si vero ex eius apertione vena aliqua prorumpat in sanguinem, capiatur vena et, stricta bene manibus, filo serico fortiter alligetur. Si vero, propter abundantiam sanguinis, vena capi non possit, mittantur in vulnus medicinæ (positæ supra in rubrica, seu capitulo, restringendi fluxum sanguinis) ad sanguinem restringendum.

Cap. CXLVIII. — De dolore ex superfluo sanguine.

Accidit equo alia ægritudo, quæ intra corpus equi accidentaliter generatur, adducens intra corpus equi dolores et torsiones multimodas, quæ accidunt equo ex superfluitate corrupti sanguinis intra venas inclusi. Et hic dolor inflationem corporis et iliorum non inducit, sed venæ patientis inflantur, et equus cogitur eiicere se in terram. Cura. Cum videtur equus dolere intus in

segle tepegle supra la infatione a modu de enplastu, ca senza dubiu dessoglerane la inflatione, voi lu tumure. E se lu cavallu averane gucta, voi inflatiune, in dele ganbe: agi la radicina dela felce, et pistala culu mele et assungia et fanne lu uuguentu et ungela. Item: poigle subiniri ala infermetate delu nanticore per altru modu. Incontenente che la glandula, voi tumore, pare che ingrosse et quasi crescere con furore, e crescere plu che non sole e ispessamente tuctu lu corpu inflare multu, senza ademoranza la decta inflatiune se sterpe dalu pectu dala radicina, comu lu verme. E la plaga se cure comu ene dectu de supre delu verme, scectuatonne li setone, e lu cavalcare, et lu locu fregedu, chè queste cose niente le use. E ca questa infermetate ene vicina alo core, et devese guardare con grande diligentia. Esse quandu apre, se ronpesse alcuna vena in sangue, piglese la vena et strectu bene con mane leghese culù filu dela seta fortemente. Esse per la habundantia delu sangue la vena se non po' piliare, mectase in dela plaga le medicine, poste de supra in dela robrica da restrengere lu sangue, ad restrengere lu sangue.

Cap. CXLVIII. — Delo dolore dela superfluitate delo sangue.

Un' altra infermetate abene alu cavallu, la quale se genera accidentalemente intru dalu corpu delu cavallu, aducente intru in delu corpu delu cavallu doluri, et torsiune multi, le quále abene alu cavallu per superfluitate de sangne curruptu inseratu intre vene. E questu dulure non fane inflatione de corpu, nè de flancora, ma se infla le vene, et lu cavallu se iecta

corpore incessanter absque tumefactione aliqua iliorum, respiciens ilia circumcirca, tunc de vena, quæ tigrarica dicitur, videlicet prope cingulum, ab utraque parte corporis minuatur, deinde ducatur ad manus parvo passu, et non comedat neque bibat donec dolor dimiserit eum ex toto.

Cap. CXLIX. — De dolore ex ventositate.

Fit aliquando dolor ex ventositate subintrante pluries per poros corporis propter laboris calefactionem et sudorem in corpus equi, adducens in locum iliorum et quandoque corporis tumefactiones immensas, unde equus affligitur vehementer. Et hæc passio dolor ex ventositate dicitur. Cura. Accipiatur canellus de canna, grossior qui potest haberi, ad longitudinem unius palmi, et, inunctus oleo, immittatur in anum patientis equi: maiori parte cannoni intromissa in ano, ligetur optime cum aliquo filo forti in capite caudæ, ne cannonus exire possit; deinde statim equitetur cum festinantia versus loca montuosa trotando et diu ipsum equitando coopertum decenter, et bene fricentur primo ilia optime manibus oleo calido madefactis, ut sic, trotando, equus calefiat, et per cannonum, existentem in ano, assumptam ventositatem emittet: deinde cibandus est calidis, sicut grano frumenti, spelta et fæno, et potetur aqua in qua decoctum sit ciminum et semen fæniculi in bona quantitate, et aqua, aliquantulum infrigidata, ministretur cum modica farina frumenti decenter, et tamdiu patiens a potu abstineat, donec aquam illam bibat, semper etiam usque ad convalescentiam procuretur

in terra. Cura: quandu lu cavallu se vederane che agia dolore intru in delu corpu che non cesse, senza inflatione de flancora, sguardantese le flancora deturnu, allura se sange dela vena che se dice cigratia, cioene appressu le cenge, dall' una o dall' altra parte delu corpu, et delenne se mene anmane appizulu passu, et non manduche nè beva fine che lu dolore lu lasse actuctu.

Cap. CXLIX. — Delu dolure dela ventusitate.

Fase alcuna fiata doluri per ventositate intrante presure feata per li pori delu corpu, per scallare e sudare de fatiga, aducente grandi tumuri in delu core, et in dele flancura et alcuna feata in delu corpu delu cavallu. Unne lu cavallu se aflige fortemente. E questu dulure ene de ventusitate. Cura: agi unu cannellu de canna plu grosso che se po' avere, longu unu palmu et untu d' olio et mectaglese nu fundamentu la maiore parte delu candulu et legese fortemente c' unu filo fortemente in capo dela coda, chè lu candulu ne non poza issire. Et incontenente se cavalche, vivazamente troctandu per le locura montuosa, et cavalcandu illu sia copertu convenevelemente, et frechese bene inprimu le flancora unte bene le mane de olio callu. E cusì troctandu, lu cavallu se scalle, chè per lu cannellu cacce fore la receputa ventositate. E de lenne egle da dare anmanecare civora callide, comu ene granu, spelta et fenu, e beva l' acqua in dela quale sia coctu lu ciminu e la sementa delu finochiu in bona quantitate. E mestechese cull' acqua, unu pocu fredata, unu pocu de farina de frumentu conmenevelemente. et tantu se sustengia lu cavallu

ei locus calidus pro quiete; et prædicta cura utatur donec a dolore liberetur.

Cap. CL. — De dolore ex nimia comestione.

Accidit etiam dolor equo ex superflua comestione hordei, vel sui similis, indigesti, intra ventrem torsiones et inflationes inducens acerrimas et diversas, íliaque affligens continuo intantum, quod vix potest equus erecte stare quin cadat in terram et iaceat; et hoc fit ex superflua comestione hordei indigesti et in ventre tumefacti. Cura. Recipe malvæ, violæ, parietariæ, branchæ ursinæ, seminis fæniculi, vel anisi, mercurialis in æquali quantitate, et coquantur in aliquo vase, et ponatur de sale, melle et oleo in bona quantitate et de furfure tritici, et agitentur insimul. Deinde aqua decoctionis ponatur in aliquo urceo, et fiat inde sibi clystere cum instrumento ad hoc apto, per quod prædicta aqua, decenter calida, iniiciatur in ventrem equi, sed stet equus altior ex parte posteriori quam anteriori, ne aqua, per clysterem immissa, possit exire, sed melius possit per ventrem discurrere; quo facto, statim obturetur anus stuppa sufficienti, ne aqua aliquo modo possit exire. Postea vero, dum sic manet, cum ligno rotundo et bene polito venter equi sufficienter ducatur a duobus hominibus, uno existente ab una parte, et altero ex alia, et incipientibus ab anteriori parte usque ad posteriorem, lignum prædictum versus ventrem viriliter imprimendo, prius tamen venter equi oleo calido, vel aliquo alio unctuoso, bene inungatur. Postquam autem venter equi fuerit bene ductus et convenienter fricatus, deopilato ano, equus parvo passu versus loca

che non beva, che beva volinteri questa acqua. E tuctavia gle sia data locu callidu, fine che sia sanatu. E siagle facta la dicta cura finechè sia liberatu.

Cap. CL. — Delu dulure dela superfluitate de manecare.

Dolore vene alu cavallu per multu manecare de orio non digestu, inducente intru in delu ventre tortione crudelissime et diverse, et affligente le flancura continuamente, intantu che appena lu cavallu pone stare dirictu, che non caia in terra et iaccia. E questu se fane per multu manecare de orio non inductu et ínflatu in delo ventre. Cura. Recipe de malva et de pedi de viole et de paritaria et de branca ursina et de semente de fenu et de olio, voi de anaci, mercoriale inguale quantitate. E cocase in unu vasu, et mectacese de sale et de oliu et de mele in bona quantitate, et de brenda de granu, et mestechese in senmura, et delenne dela decotione voi acqua se mecta in unu pigniatu et faglene cristeru, et la decta acqua sia messa in delu ventre delu cavallu c' unu istrumentu acciò factu. E lu cavallu stea plu alto de retu che denanti, chè l' acqua messa pelu cristeru che non ne esca, ma pocza megliu correre pe lu ventre. E poi ch' ene messa l' acqua, acturese lu fundamentu cula stupa chè l' acqua non ne esca. E mentra lu cavallu stane cusì, siagle menatu lu ventre c' unu lenu rutundu et bene da dui homini, unu de qua et l' altru dellane, comenzante dala parte denante et vada culu lenu usque ala parte de retu premenducelu; inprimamente untu lu ventre delu cavallu de olio callu, voi de altra untione se unga. E dapoi che lu ventre delu cavallu ene ben menatu, et conmenevelemente

montuosa equitetur, donec eiiciat, vel egerat, omnia quæ in ventrem ipsius immissa fuerant et magnam partem de aliis; et sic dolor cessabit, quoniam, cessante causa, cessabit effectus. Ad idem: Recipe duos pugillos salis, et mitte in uno urceo pleno vino, et simul bene misce, deinde mitte dictum vinum cum sale mixtum in os equi ut totum recipiat, postea facias suprapositorium de porro inuncto ex sapone nigro.

Cap. CLI. — De dolore propter indebitam retentionem urinæ.

Contingit aliquando dolor equo ex indebita retentione urinæ, vesicam inflans, torsiones graves inferens et dolores, cum parva tamen inflatione circa locum virgæ, absque tumefactione aliqua iliorum et corporis, propter quod equus cogitur satis et crebre ducere ilia, et se iactare in terram. Cura. Recipe senationes, cretanum, parietariam, radices spargi et brusti ana, bulliant omnia simul in aqua, et ipsis decoctis sufficienter, circa locum virgæ ponantur cum fascia longa et lata et calida, ligando dictam fasciam super dorsum equi, et hoc fiat sæpe; et cum fuerit infrigidata, imponatur alia calida donec provocetur urina. Item ad idem: Valet satis si virga patientis equi manibus unctis oleo extrahatur, et postmodum fricetur oleo tepido competenter: deinde teratur aliquantulum piperis cum aleis et infra foramen virgæ, cum auriculari digito, imponatur. Item ad idem et melius: Cimices triti, et paulatim cocti in oleo, intra foramen virgæ ponantur. Si prædicta non iuvant, tunc patiens equus libere cum aliquo iumento in stabulo dimittatur, ut, ex voluptate coeundi, patiens provocetur

frecatu, sturatugle lu fundamentu, cavalchese appisulu passu pe locura montuose fine ac tantu che recaccie fore bene l'acqua delu cristeru, et grande parte de l'a'tre cactivitate. E cusì cessarane lu dolore, ca cessante la causa cessa lu effectu. A questu medenmu: Recipe dui puina de sale, et mictili in unu pignatu plenu de vinu, et mestecalu insenmura. E micte lu dictu vinu in 'na vocha delu cavallu, chè tuctu la recipa; e poi gle fane lu supustame de porru untu de sapone niru.

Cap. CLI. — De dolore per multe retentione d' urina.

Abene alcuna feata dolore alu cavallu, per lu retenere dela urina, inflante la vessica, faciente grave torsiune et dolore, tame con poca inflatiune alu locu dela verga, senza tumore de flancora et de corpu, per la quale cosa segle mena le flancora, et iectase in terra spessamente. Cura. Recipe senatiune, cretanum et la paritara, et la radicina delu sparanu et deli bruschiali gualemente, bullano tucte insenmura in dell'acqua, et poi che so' bene cocte sufficiente, ponase alu locu dela verga c'una fassia longa et lata, e leghesece calle, e la decta fassia se leghe supra lu dossu delu cavallu. E questu se faccia spessu. E poi ch'ene refreda, ponacese l'altra calla finechè stalle. Item: a quellu medenmu vale assai, se la verga se trane fore cule mane unte cull' ogliu; e frechese cun olio tepegliu conmenevele; e trictese unu pocu de pepe et de aglj, et mectase in delu furame dela verga colu deto menare. L'altru e meglore: li cimici pisti et unu pocu cocti cull' olio mectase in delu forame dela verga. Et se queste decte remegia ce non iuva,

ad urinam. Et nota quod hoc remedium contra dolores singulos utile reperitur; quoniam voluptas coitus vires corroborat, et membra confortat. Item contra dolorem ex ventositate et retentione urinæ: Valet multum si unum manipulum savinæ bene tritæ distemperetur in oleo vel bono vino, et iniiciatur in ventrem equi per os. Magister Maurus aliter prosequitur materiam istam, et dicit quod dolor in equo nihil aliud est quam colerica passio; ab aliis etiam vocatur Strophus, ab aliis vocatur Truncatio, eo quod intestina, ex tali passione, sæpius truncantur. Procedit autem hæc passio, ut ipse dicit, quandoque ex multa esca sumpta, quandoque ex paucitate seu defectu ipsius, quandoque ex festinato potu post escæ assumptionem, interdum ex multo labore post potationem. Tunc cognosces quando ista infirmitas accidit ex multa esca assumpta, quando annona non digeritur, unde ipsa indigesta fluit ad intestina, et ipse replet et aggravat; ventositas autem inclusa intestina obvolvit, ex quo equus dolores sentit immensos. Tunc autem cognosces quando procedit dicta passio ex defectu seu paucitate escæ, quando equo esca assueta non datur, unde, cum subito datur ei satis ad comedendum, equus cum magna aviditate cibum recipit, et in magna quantitate repletur, propter quod intestina replentur, quæ, ex cibo tali repleta, torsiones et dolores inducunt. Qualiter autem generentur dolores ex festinato potu post escæ assumptionem, et qualiter ex multo labore post potationem, ex his, quæ supra dicta sunt, cognoscere poteris. Signa qualiter cognoscere poteris equum, qui dolores patitur, sunt ista: Gurguliatio et torsiones nimiæ; item sæpe respicit equus ad loca in quibus dolores patitur, credens se dolere exterius; item venter equi tumescit et ingrossatur; item equus assellare nec stallare non potest; item equus fre-

mictelu in dela stalla con alcuna iomenta chè per voluntate de cuprire, pervengnia ad urina. E nota che questu remeiu ene utile at onne unu dolore, ca la voluntate de lu cuprire conforta le fortie et conforta le membra. Ancora contra lu dolore per ventositate et per la retentione dela urina valece multu se plena la mane de savina ben pista, se stenpre in del' olio, voi in bonu vinu, se iecte in delu ventre delu cavallu pela vocca. Ma Mastru Mauru prosequeta et dice in altru modu questa materia, che lu dulure in delu cavallu non ne altru se none la colica; et altri ne dice stropu, et altri ne dice trinciasune, perciò che l' entestina de cotale passiune se trunca spessu. E procede questa passiune comu ipsu dice, alcuna fiata per multu manciare, alcuna fiata per pocu, voi per defectu, manêcare, alcuna fiata per vivazu bevere senza ademoranza po' lu manecare, et alcuna fiata per multa fatiga po' lu bevere. Et allora conoscerai quandu habene questa infermetate per lu manecare multu, quandu non induce la annona et vane non indigesta ali intestina, et renple ille et agravale. E la ventusitate inclusa in del' entistina volvese, lu cavallu poi se sente li grandi duluri. Et allura connoscerai quandu la decta passione procede per defectu, voi per pocu manecare, quandu alu cavallu se non dane l' accustumatu manciare; unne quandu subitamente se gle dane assai a manecare, lu cavallu recepe lu civo cun granne desideriu, renplese cun grande quantitate, perchè le intestini se renplenu, li quale repleni de de cutale civo, anno tortiune e doluri. In quale modu se genere li duluri da vivacciu vivere po' manecare et in quale manera da multa fatiga po' lu bevere, per queste cose, le quale so' decte, tu lo porrai conoscere. Li signa per le quale porrai congnoscere lu

quenter in terram se proiicit et revolvit, credens se ex hoc non dolere. Cura. Fiat ei minutio de vena colli, sive de naribus, deinde equitetur aliquantulum per loca arenosa, et per ascensus et descensus, et per loca lapidosa et marmorea, ut cibi descendat ad fundum stomachi et calor naturalis confortetur. Si vero equus ex hoc non convaluerit, ponatur in stabulo bene calido, et ibidem dimittatur, nec detur ei potus neque cibus quousque inflatio recedat, et cesset voluntas revolvendi se per terram. Et nota quod debet non permitti equus se nimis revolvere per terram, ne, ex tali violentia, intestina rumpantur. Item, experimentum mirabile ad dolorem equi, vel alterius animalis, patientis dolorem: Recipe urinam pueri virginis, et in gutture animalis tres vel quatuor guttos proiice ita quod ingrediantur in eius ventrem; et liberabitur. Item ad idem. Recipe cyclamen et ex eo facias stupiginum, sive tastam, quod inungas oleo communi; deinde ponas in sexu equi ad hoc ut ea, quæ sunt in ventre equi dissolvantur et exeant. Item ad idem. Abluatur sæpissime sexus equi cum aqua salsa, et per cannellum, seu clysterem, dicta aqua immittatur in corpus equi, et hoc ipsum etiam facere poteris cum sapone albo immittendo ipsum, cum prædicta aqua immixtum, in corpus equi cum cannulo seu clysteri. Item ad idem. Fac unum lignum et inungas ipsum oleo communi, deinde sic inunctum, in intestinum mittatur, postmodum paulatim volvendo extrahatur ut egestiones cum ventositate foras exeant. Item ad idem. Habeas allia et cum saxifragia simul bene pista, deinde emplastrum ipsum supra genitalia pone, quia urina mirabiliter provocabitur; fiant etiam et alia remedia superius posita ad provocationem urinæ. Item ad idem. Accipe duos pugillos salis et unum urceum plenum vino, et insimul misce, et mitte

cavallu che ane dolore sono queste. Gurgugliare e le granne tortione. Item spesse feata lu cavallu sguarda alu locu dove se dole, credendose recipire dulure factu da fore. Item lu ventre gle intomedisce et ingrossa. Item non po' fumare nè stallare. Item spessamente se iecta et revolvese, credentese per questu non dolere. La cura: sangese dela vena delu collu, voi dele nare, et de lenne se cavalche unu pocu per le locura, renose per salire et asciendere et per locura pretose, chè lo civu descengia alu fundu delu stomacu, che se conforte lu calore naturale. E se questu non guarisse, mectase in una stalla bene calla et lassacelu stare, et non gle dare a bevere nè anmanecare fine actantu che la infiatione vada via et cesse la volutate de revolverese supra terra. E nota che non se deve lassare volvere lu cavallu troppu pe' terra, acciò che per cotale violentia li intestina se non rumpa. Item lu experimentu meravegliusu alu cavallu, voi de altre animale, abente dolore: Recipe la urina delo garzone vergine, et in dela gola delu animale ne iecta tre, voi quactru gocti sichè gle vada in ventre, e sarrane liberu. L'altru: agi lu ciclame e fanne unu tastu, et ungelu de olio communu, e mictiglelu in delu fundamentu, acciò che quellu che ene in ventre delu cavallu se dessoglianu et escanne. Ancora l'altru: lavese fortemente lu fundamentu delu cavallu cull'aqua salsa, et culu cannellu la decta acqua se mecta in delu corpu delu cavallu. E questu medenmu porrai fare culu sapone blancu, mectendu lu sapone mestecatu cull'acqua in delu corpu delu cavallu culu candulu, voi culu cristeru. L'altru: fane unu lenu et ungelu de olio cummunu, et cusì untu, mectase 'nu fundamentu delu cavallu, e poi volvendu a pocu appocu se ne traga, chè lu fumagiu e la ventusitate se

in ventrem equi per cannonum, seu clysterem, et, si non recedat tumor ventris ex his quæ supradicta sunt, accipe porrum et unge cum sapone nigro, et mitte in fundamento eius, quia statim recedet tumor. Accidit etiam equis aliquando difficultas urinandi propter grossos et viscosos humores fluentes ad vesicam, caput seu collum vesicæ oppilantes, unde urinæ exitus denegatur, quare, nisi cito succurratur, ex urinæ multa quantitate vesica rumpitur, et sic equus moritur; et ab aliquibus vocatur hæc passio Stranguria. Cura. Recipe testam, seu tegulam, calidam, et ponas sub ventre equi, et de oleo laurino, seu dialthæa, genitalia et sibi adiacentia perungantur, ut vis medicinæ penetret ad profundum, et sic provocatur urina. Item ad idem. Recipe utramque saxifragiam et semina diuretica et herbas calidas et diureticas cum suis radicibus, sicut fæniculus, petrosillus, sparagus, bruscus et similia, et eas in vino odorifero bullire facias usque ad consumptionem tertiæ partis, quod vinum dabis ei bibere, et hoc vinum bibitum aperit vias urinales, et grossos humores dissolvit. Bonum signum est in hac ægritudine si equus minxerit aut egesserit prout decet; malum signum est, si fluxus ventris immoderatus supervenerit: item malum signum est, si tumor et dolores non cessent sed in equo perseverent.

ne traga fora. Ancora l'altru; agi l'algi, e la saxifragia insenmuramente piste, et delenne lu dectu enplastu poi supra li testiculi, ca la urina miraveglio-samente senne essirane. Facciase a questu l'altre remegia poste de supra a provocare la urina. L'altru: piglia puina de sale ij; et unu pingniatu plenu de vinu, et mestecalu insenmura, et mictela in delu ventre delu cavallu per lu candulu. Esse non stunmisce per li dicti rimigi, piglia lu porru et ungelu in delu sapone nigru, et micteglelu in delu fundamentu, ca lo tumore se parterane. Et abene alcuna feata ali cavalli deffecultate de fare urina per li grossi et viscusi humuri currente ala vessica, acturante lu capu et lu collu della vessica, unde se nega l'uscire dela urina: unne se seglese non succurre cecto, per la molta quantitate dela urina, la vessica se ronpe, el cusì lu cavallu se more. E questa passione alcuni la chiama stranguria. La cura: Recipe la testa, voi una tegola, calla, et puilu sulu ventre delu cavallu. E dell'olio laurino voi di altea, et ungasenne li testiculi, et denturnu ali testiculi chè le midecini vada in profundu, che per questu lu cavallu stalle. Item: a quellu medenmu: l'una et l'altra sassifrage recipe, et la sementa dela urtica, et li herbe callide e li dure culi soi radicine, comu ene lu finocchiu, et lu petrosendulu, et lu sparanu, bruscu, et le semegliante, et falle bullire innu vinu oduriferu fine che asseme la terza parte. Et questu vinu gle darai a bevere, ca apre la via dela urina et dessogle li humuri grosse. Bonu sinnu ene, se lu cavallu stallarane voi fumarane in questa infermetate. Et ene male sinnu, se lu cavallu averane flussu de ventre in questa infermetate. Ancora ene malu sinnu, se lu tumure, voi dolure non cessa, ma persevera in delu cavallu.

Cap. CLII. — Ad Equum timidum et pigrum.

Equum timidum et pigrum ure, seu decoque, in flanco in modum rotæ, et fac cruces et punctos in eis, similiter et in renibus et quatuor pulsibus, et da ei comedere panicum, et stet in loco calido bene custoditus.

Cáp. CLIII. — De morbido et gravi Equo.

Si fuerit equus infirmus et gravis, scinde corium inter crura priora, et fac annulum de vite alba, intromissa inter corium et pectus ita quod non cadat, et equita equum secure.

Cap. CLIV. — De Equo furioso vel leproso.

Si equus fuerit furiosus, vel leprosus, quam cito fieri potest minuatur de vena pectoris vel de vena colli, et post minutionem ponatur in aqua frigida et balneetur in ipsa, et caveatur et diligenter custodiatur ut non videat solem vel lunam per duos dies, et, si hoc non valuerit, cooperiatur chlamide rubeo.

Cap. CLV. — De Equo qui comedit pennam.

Si equus comedit pennam, sic curretur: Primo coquatur in umbilico, postea ponatur in ore eius stercus

Cap. CLII. — Delu cavallu pagurusu et pigru.

Lu cavallu pagurusu et pigru cocilu a modo de inflatu a rota, et facci li cruci et li punti in ille; et semegliantemente lu fane in dele rine et in quactru pulzura, et dagle an manecare lu panicu, et stea illocu callu et bene costuditu.

Cap. CLIII. — De cavallu ammalatu et greve.

Se lu cavallu ene infermu et greve, finde lu coru inter le ganme de nanti, et fane unu anellu de vite alva, et micteglelu inter lu coru et lu pectu, sichè non seglene cada, et cavalcalu securamente.

Cap. CLIV. — Delu cavallu fumosu, voi lebrosu.

Se lu cavallu ene fumusu voi lebrosu lu plu ceptu che se po' fare se sange dela vena delu pectu voi delu collu. E poi ch' ene sangniatu se mecta in dell' acqua freda et bagese, et guardese che non veia nè sole nè luna due die, et se questu non vale, coprilu de mantellu russu.

Cap. CLV. — Delu cavallu che manduca la pluma, voi penna.

Se lu cavallu manduca la penna curese cusì. Inprimamente se coca no molliculu, et poi gle se mecta

bovis tepidum, deinde fiat phlebotomia, postea sume omnia interiora unius gallinæ cum sanguine et mitte in ore equi callida: si vero non liberabitur sic, minue ipsum.

Cap. CLVI. — De Equo qui bene comedit et non impinguatur.

Si equus bene comedat et non impinguatur: Recipe salviam, savinam, malum terræ, et lauri bacchas in bona quantitate, quæ omnia misce cum adipe, seu uncto, ursino, postmodum ponantur in bono vino, et cum cornu iniiciantur in os equi, ut ipsa transglutiat, sive bibat. Item ad idem: Recipe interiora piscium, et tere fortiter cum bono vino, et per eundem modum da equo bibere; et impinguabitur. Item ad idem. Coque limaces, seu tartarucas, in aqua cum hordeo vel frumento, quod des equo frequenter comedere, et impinguabitur. Item ad idem: Recipe fabas fractas (sicut consuevit conteri tempore quadragesimali) et facias eas optime decoqui in aqua, et proiice ibi satis de sale, deinde recipe unam partem dictarum fabarum, sic coctarum, et quatuor partes furfuris, et simul bene misce cum aqua decoctionis dictarum fabarum, postmodum dabis equo comedere: quia super omnia impinguat, consuevit tamen pedes lædere. Item ad idem: Facias decoqui caules modicum, et misce ibi parum de sale, postmodum misce ibi de furfure, et da equo comedere, quia miro modo impinguabitur; ista duo præcedentia sunt probata. Item ad idem: Dentur equo extenuuto et macilento per quatuor dies ad comedendum pro velle herbæ positæ ad rorem, postea minuatur, et annona sibi competens una cum herbis sibi præbeatur, deinde singulis

'na bucca lu stercu delu bove tepegliu, et de lenne se sange. E poi piglia tucte le intriole d'una gallina culu sangue, et mictele in dela bocca delu cavallu calle; e se nò libera cusine, sangale.

Cap. CLVI. — Delu cavallu che bene manduca et non ingrassa.

Se lu cavallu manduca bene et none ingrassa: Recipe la savina et la salvia, et melu terre, e lu baca lauru in bona quantitate, et mestecale tucte insenmura col'assognia ursina; e mectase in delu bonu vinu et mectaglese colo cornu in bocca che lu inglocta. Item a quellu medenmu: piglia le intestina delu pesce et pistale bene colu bonu vinu, et per quellu modu le dane a bevere alu cavallu et ingrassarane. A quellu medenmu: cosi le lumache overo le tartaruche, cioene le testudine, in dell'acqua coll'oriu, voi cula furmentu, et dallu spessu an manecare alu cavallu, et ingrassarane. L'altru: Recipe la fava franta, comu se fane la quaresema, et falla bene cocere in dell'acqua, et gectace assai sale, et de lenne recipe una parte dela decta fava et quactru parti de brenna, et mestecale insenmura coll'acqua dove ene cocta la decta fava, et dalla anmanecare alu cavallu, ca ingrassa supre onne cosa. Tame sole nocere ali pedi. A quellu medenmu: fane cocere li coli unu pocu et gectace unu pocu de sale, et mictice dela brenna et dàlla anmanecare alu cavallu, ca maravegliosamente ingrassarane. E queste dui argumenti dicti sone provati. L'altru: dease anmanecare alu cavallu macru herbe sedute ala rusata, et poi sange, et l'annona segle dea cule herbe mestecate, et onne die in mezu

diebus in meridie detur sibi furfur cum sale. Item ad idem: Recipe tres tartarucas, sive testudines, et, abiectis capitibus, pedibus, caudis et intestinis, facias ipsas in tantum coqui in aqua quod carnes ex toto ab ossibus separentur, et aqua sit effecta bene pinguis, postmodum dictam aquam dabis equo ad potandum cum aliquo catino seu vase, nec des sibi aliam aquam bibere quousque totam biberit; carnes vero, si quæ remanserint, misce cum annona, et dabis equo ad comedendum; facies hoc tribus vicibus, quia mirabiliter conferunt equo, et ipsum impinguant et purgant et, si fuerit incalmatus, cum tali potu curabitur. Et nota quod testudines, seu tartarucæ, debent esse aquaticæ, quia, licet terrestres bonæ sint, aquaticæ tamen magis valent.

Cap. CLVII. — De nimis pingui equo ut macrescat.

Si equus fuerit nimis pinguis, da ei bibere farinam milii cum aqua tepida; et macrescet.

Cap. CLVIII. — Contra maniam Equorum.

Si equus incipit esse maniacus, seu furiosus, ut mordeat et percutiat, vel per alia signa appareat: Recipe radices herbæ, quæ dicitur virga pastoris, et ipsam contere cum aqua, et in gulam equi proiice. Quidam miles vidit quamdam vaccam rabiosam percussisse quandam ovem cornu, quæ statim facta fuit rabiosa; similiter quædam mulier cæpit mente alienari: quæ statim, cum comederint herbam prædictam, sanatæ sunt. Prædicta etiam herba contra calculum efficacissima est.

iurnu gle se dea la brenna culu sale. L'altru: piglia tre testudine, gectatone lu capu et li pedi et le cude et le intestina, falle tantu cocere che la carne se esca dall'ossu, et quella acqua cusì bene ingrassata dàlla a bevere alu cavallu in unu vasu, et non gle dare altra acqua a bevere finechè aia bevuta tucta quella acqua grassa. E la carne ch'ene remasa, mestecala cula annona et dalla anmanecare alu cavallu, et questu fane tre feata, ca miravegliosamente gle iova, ca lu ingrassa et purga, esse fosse accalmatu, cun cutale bevere se cura. E nota che le testudine dell'acqua sone megliu a questu che le testudine terrene, abengia che le terrene bone sia.

Cap. CLVII. — Delu cavallu troppo grassu c'anmacrisca.

Se lu cavallu sarrane troppu grassu, dagle a bevere l'acqua cula farina delu megliu, cull'acqua tepeglia, et anmacrisce.

Cap. CLVIII. — Contra la mania deli cavalli.

Se lu cavullu cumenza ad avere la manìa, sichè mucciclie et fera, voi appare per altre sinna: Recipe la herba dela verga pastore, et accunciala et pistala cull'acqua et gectaglela in dela gula. Unu cavaleru vide una bacca ragiata che feriu una pecu culu cornu, et quella pecu fone incontenente arraiata. E semegliantemente una fenmena principiò ad alienare la mente, la quale incontenente che manzone la decta herva fone sanata. Et la decta herva ene troppu efficace contra lu calculu.

Cap. CLIX. — Quomodo in equo furioso chirurgia possit operari per Marescalcos.

Notandum est quod si in equo furibundo et impatienti velis chirurgiam, seu marescalciam, aliquam operari, ut secure hoc possis facere, eo non sentiente, hanc sibi propines opiatam, et sibi cum annona exhibeatur: Recipe duas vel tres drachmas seminis iusquiami et cum annona equi misce, postquam autem equus comederit, per totum diem se non sentiet, immo quasi mortuus apparebit, et tunc operare in eo quod vis. Item ad idem: Recipe mandragoræ, opii, seminis utriusque iusquiami ana 3. *III., nucis muscatæ, xiloaloes ana* 3. *I.; primo tamen cortices mandragoræ et iusquiami coquantur donec aqua fiat rubea, quæ omnia dissolvantur in prædicta aqua, et dentur cum cornu equo ad bibendum. Item ad idem. Recipe myrrhæ, persigiæ, iusquiami ana* 3. *III., gallangæ, garyofilorum ana* 3. *I., hæc omnia dentur equo cum vino ad bibendum. Cum vero ipsum excitare volueris, caput ipsius et genitalia abluas cum aqua frigida, quia statim surget, et eum postmodum adaquabis.*

Cap. CLX. — De Equo ristivo.

Frequenter pullus, propter malum eruditorem quem habet cum domatur, efficitur vitiosus et restivus, quod vitium non de facili perdet. Idcirco dicitur: Mores, quos Bayardus in sua domatione discit, dum durant ei

Cap. CLIX. — In che modu in delu cavallu furiusu lu marescalcu poza operare la cirlugia.

Ane da notare che se tu voi operare la medecina, voi cirlogìa, in delu cavallu furiusu et non patiente, que securamente la poza fare issu non sententelu, dagle a manecare l'ubiu, et cula annona gle micte due voi tre unc. de semente de iusquiamu, cioene dela sanpongiaca. Poichè l'averane manecata, tuctu lu die se non sente, ma parerane quasi mortu, et a quella ora opera in delu cavallu la medicina. Ancora altru: Recipe de mandragora et de obiu, de semente dell'una et dall'altra, de semente de iusquiamu ugualemente unc. iij, et de noce muscata unc. j. et delu anabola unc. j. Tame inprimu coci li scorci dela iusquiamu et dela mendragora in dell'acqua, tantu che l'acqua sia rossia. E tucte queste cose se dessoglia in dela decta acqua et dease a bevere alu cavallu culu cornu. L'altru: Recipe de mirra et de persigia, et de iusquiamu, de onne una unc. iij. et de galanga et de garofali ugualemente unc. j. Tucte queste cose se confitij, et dease a bevere culu vinu. E quandu lu volerai resussitare, lavagle lu capu et li testiculi cull'acqua freda, ca incontenente se revarane.

Cap. CLX. — Delu cavallu restivu.

Spesse feata lu polletru, per lu malu insengniatore ane lu cavallu quandu se doma, se fane vitioso, et restivo. la quale cosa non perde ligeramente, et perciò se dice: li custume li quale ane lu baiardu, voi

dentes recolit, iuxta illud. « *Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu* ». *Vulgares autem dicunt*: « *Id, quod nova testa capit, inveterata sapit* ». *Quamobrem providus et peritus sessor cum alicui obviat, equum non retinet sed ultra equitat. Cura. Per dies quadraginta et ultra non equitetur nec ad aliquem locum ducatur, sed in stabulo continue moretur, et ibidem comedat et bibat et bene nutriatur; post quadraginta dies aliquis peritus equitator non sine virga et calcaribus equitet super eum, inter equos etiam extraneos equitet, et illis aliquotiens obviare faciat, et hoc frequenter fiat, prima secunda et tertia die faciat paulatim, assidue cavendo ne propter nimium laborem et tædium, malæ consuetudinis reminiscatur. Item ad idem. Chorda fortis et gracilis circa foncellum testiculorum forti nodo inter testiculos et virgam non stricte ligetur, atque alia chorda longa et gracilis et fortis ad circulum chordæ, quæ est circa fontellum, imponatur, et equitator teneat in manu ambo capita chordæ, et cum equus restivus stare voluerit, equitator fortiter chordas ad se trahat (similiter fiat quando viam recte tenere non vult), ut subito, dolore et augustia testiculorum, procedat. Item ad idem, et est ultimum remedium. Abscindantur ipsorum testiculi, quia, postquam equi castrati fuerint, efficiuntur mansueti, et restivi non erunt. Item. Restivationem multum inveteratam aliqui sic curant. Faciunt ferrum aliquantulum grossum in longitudine unius ulnæ, ex una parte infixum manubrio longo, ex alia in tres ramos divisum, qui rami sunt omnes recurvati et valde acuti; quod instrumentum sessor in manu tenens, dum equus stare vult, ipsum retro, iuxta caudam, in utraque coxa pungendo et ad se trahendo cum una manu moveat, et cum aliquo flagello equo dabit, et calcaria interim subcludat, seu quiescant. Qui-*

paza in dele dumatione, mentre gle dura li denti recordasene, secundu questu versu: Quod nova testa capit, inveterata sapit. Quellu che se para nu principiu, mai se non perde nullu malu vitiu. Per la quale cosa lu insengniature provedevele delu cavallu, quandu scontra alcuna cosa, non retengnia lu cavallu ma cavalche innanti. Cura: per quaranta die et plu lo cavallu se non cavalche, n'esa ad alcunu locu, ma tuctavia stea in de stalla, et locu manduche et beva et nutrechese bene. E po' quaranta die, unu bene insengniatu cavalcature cavalche supre lu cavallu et non senza verga et senza sperone. Ancora se cavalche altri cavalli, et lu cavalcatore lie le faccia scuntrare, et questu se faccia spessu. Lu primu et lu secundu et lu terzu die fatiga, et per lu incresementu illu non se recorde dela mala custumanza. L'altru: leghese c'una corda suctile et forte denturnu ala borsa deli cugliuni c'unu forte nudu inter ti testiculi et la verga non strectamente; et un'altra corda suctile et forte se leghe ala corda legata ale testiculi. E lu cavalcature tengnia in mane anmura le capura dela corda, et quandu lu cavallu restivu se figerane, lu cavalcatore tire asseve la corda fortemente. E facciase, quandu lu cavallu non annasse pela via dericta, che per lu dolore et angustia deli testiculi anne. L'altru, et ene l'ultimu remeio: castrase, ca li cavalli poichè sone castrati, fase humili e non sone restivi. Item: alcuni cura cusine la invichiata restivatione: fane unu ferro unu pocu grossu et longu unu bracciu, e dall'unu capu ce micte una maneca longa et dall'altru capu sia fessu lu ferru in tre parti, et quilli rami sia retorte et acuti; lu quale ferru tengnia in mani lu cavalcature, et quandu lu cavallu se fige, lu cavalcature tire asseve lu ferru che gle punciche la coda e

dam fortiter calefaciunt virgam de corylo, seu cornu, quæ sit longitudinis unius pedis, et cum equus incedere non vult, in alto loco sub cauda eius mittunt, et statim calcaribus fortiter urgent. Quidam loco coryli ponunt terram glutinosam, unde fiunt ollæ, calefactam, et caudam eius ad crura ligant, ne terra cadat; et debet esse terra ad modum tortæ.

Cap. CLXI. — De fluxu pilorum caudæ.

Fluxio pilorum caudæ fit cum sanguis nimis superhabundat in equo, et equus nimis laborat; vel cum frequenter super caudam verberatur; ex supra dictis causis prurígo innascitur, nisi cito succurratur. Cura. Si in cauda tantum accidit, in extremitate sui adversus nates in longitudine findatur donec ad medium quarti nodi ossis, quod est in cauda, perveniatur, et per tertium os, quod quidam barilionem vocant, extrahatur et omnino proiiciatur; et postea per totam fixuram sal immittatur ac per diversa loca caudæ, et inter fixuram et corpus, cum calido ferro, in modum stili facto, in obliquum sursum cocturæ aliquantulum profundæ fiant, et in unaquaque brocha ligni imponatur, et per novem dies intus remaneant, nisi prius per se ceciderint.

le cosse; cull' una mane tire lu ferru et coll' altra tengnia una verga et abacterane lu cavallu, et li spiruni lu non toche. Et alcuni scalla fortemente 'na verga de crongniale, la quale sia longa unu pede, e quandu lu cavallu non vole andare mictegle quella verga ad altu sula coda, chè per quellu callu de quella verga sia conestrectu ad annare. Et alcuni in locu delo corniale, pone la terra dela quale se fane li pingniati, et ponela calla, et legale la coda ale ganme, chè non senne caia la terra, et deve essere a modu de una torcia la terra.

Cap. CLXI. — Delu cavallu che gle cade li pili dala coda.

Cade li pili dela coda delu cavallu quandu lu sangue supra habunda troppu, et lu cavallu fatiga multu, voi quandu spessu se vacte supra la cauda. E per questa rasione nasce la prurigine, forsia se gle non soccurra ceptu. Cura: se gle abene sulamente in dela xetremetate dela coda, inversu dele nate.... pe lungu affundu... fine che anmezu delu quartu nudu de l' ossu, lu quale ene in dela coda, pervenia, et per lu tertiu ossu, lu quale alcuni lu chiama barilione, senne traga et gectesenne. E per tutta la fessura se metta lu sale, et per le deversa locura dela coda, et intre la fessura et lu corpu segle faccia cocture c' unu ferru factu a modo de stilu, su in delu tortu unu pocu profundu. Et in onne una se mecta una brocca de lenu, e lassala stare da intru nove die, forsia se non cadesse da sene.

Cap. CLXII. — De Langio in cauda vel alibi.

Langium est infirmitas proveniens in cauda equi vel alibi ad modum cancri. Corrodit autem dicta passio carnes, quæ sunt in cauda equi, in tantum quod carnes cadunt et pili et os caudae corrumpuntur; et, si cito non adhibeatur remedium, dicta passio in tantum ascendit, quod totam caudam corrumpet, et ossa, quæ sunt in cauda, finaliter nodatim cadent. Cura. Fac capitellum fortissimum (id est: lixivium forte) in quantnm potes, quia quanto fortius, tanto melius; deinde infunde, seu balnea, stuppam in ipso, ita quod sit bene balneata in capitello prædicto, postea stuppam sic balneatam liga super infirmitatem; et semper, quando dicta stuppa est desiccata, iterum balnea et repone; et hoc facias ad minus tribus vicibus in die, et, si pluries feceris, melius erit. Continuabis autem medicinam prædictam usque ad tres vel quatuor dies, quia curabitur equus; et hoc est probatum; postmodum fac medicamenta apta ad curandum vulnus et reparandum carnem.

Cap. CLXIII. — De pilis regenerandis.

• *Ut pili post consolidationem carnium renascantur: Recipe testas avellanarum, vel testudinum, et vetus bombicinum, quæ omnia simul combure, vel separatim; deinde pulverizentur et cum oleo olivarum agitentur, et ex hoc unguento sæpius cicatrices ungantur, et renascentur pili. Item ad idem: Valet magis charta*

Cap. CLXII. — Delu langiu dela coda, voi in altru locu.

Lu langiu ene una infermetate veniente in dela coda delu cavallu, voi altruve, a modu de cancru. E questa passione corrode la carne, la quale ene in dela coda, intantu che la carne senne cade, e li pili et l' ossu dela coda se corrumpe. Essegle se non soccorre ceptu, la decta passione corronpe tucta la coda tantu salle, et l' ossa, che sone in dela coda annudati, fenalemente senne caderà. Cura: facciase lu capitellu fortissimu quantu pone essere, ca quantu plu forte ene, tantu megliu ene, et infonde bene la stoppa in delu dectu capitellu; et quella stuppa cusì infussa, lega supra la infermetate, et incontenente che la stuppa ene bene rassucta, et tu la renfunde in delu dictu capitellu, et ponacela. E questu fane alu menu tre feata in die, e se plu lo farrai, megliu sarrane. E la decta medicina continua fine a tre, voi quactru, die, cà lu cavallu se curarane. E questu ene provatu. E poi che fane le medecamenta da curare la plaga et da refare la carne.

Cap. CLXIII. — De regenerare li pili.

Chè li pili per la resollatura dela carne renascanu: Recipe le cocchie dell' avellane, voi dele testudine, et lu guarnellu vecchiu, et tucte queste cose ardi insenmura, voi assemite; e fanne pulve et mestecala col' olio dela oliva et de questu unguentu ungi spessu le sanie: et li pili renascerane. L' altru: valece plune

bombicina usta, cum oleo olivarum agitata, ut supra. Item ad idem: valet pulvis cannæ combustæ et cum oleo agitatæ, ut supra. Item ad idem: Combure semen lini, et misce cum oleo olivarum, et cicatrices inunge. Item ad idem: Accipe avellanas cum cortice superiori et combure, deinde pista cum veteri axungia porci, vel cum axungia ursi, postmodum locum inunge. Item ad idem: Valet agrimonia trita, mixta cum lacte caprino. Item ad idem: Valet farina lolii mixta cum succo raphani, si locum inunxeris ut supra. Item ad idem: Accipe furfures cornu caprini, et misce cum oleo myrtino, et locum inunge. Item ad idem: Misce laudanum cum adipe ursino et vino veteri, et locum inunge. Item ad idem: Recipe oleum de berensesif 3. *I., cantharidarum, alas et capita abscissa habentium,* 3. *III., deinde vero oleum sic conficiatur: cantharides tritæ in oleo olivarum mittantur, deinde oleum cum ipsis in olla parva positum desuper lentum ignem fortiter cum ligno miscendo et frequenter agitando coquantur, donec oleum ipsum inspissetur, postea ab igne removeas et conficias, seu condias, cum parum musci vel ambræ, admiscendo omnia simul ut bene redoleat; de quo unguento, si locus fuerit fricatus donec vesicas faciat, apparebit citissime pilorum concavitas et eorum ortus; hoc unguentum multum valet et est efficacissimum ad capillos renascendos in capite hominis. Item ad idem: valet etiam, sed non tantum sicut omnia experimenta præcedentia, si... Potest fieri tale unguentum: Recipe, quantum tibi videbitur, pinguedinis serpentis, radicis brusti, corticis fructus castanearum, argenti vivi cum saliva extincti, nucleorum, seu corticum, amygdalarum amararum, ellebori albi, adipis, seu pinguedinis, gallinæ, et hæc omnia conficiantur cum oleo olivarum, deinde loca patientia inungantur, et hoc fiat*

la carta banmacina arsa coll' oliu dela oliva, mestecata comu ene dectu. L' altru: valece la canne arsa coll' oliu, comu ene dectu, L' altru: ardi la semente delu lino, et mestecala cul' oliu del' oliva, et ungene le sanice. L' altru: agi l' abellane coli scorci de supra, et ardili et pistale col' assongia vecchia delu porcu, voi cola assungnia dell' ursu, et ungenne le sanice. L' altru: valece l' acrimonia pista, mestecata culu lacte caprinu. L' altru: valice la farina de l' orio mestecata culu sucu delu rafanu, se ungerai lu locu comu ene dectu. L' altru: agi la spulla delu cornu caprinu, et mestecalu cull' olio dela mortella, et ungi lu locu. L' altru: mesteca lu laudanu culu sevo ursinu, et lu vino vecchiu, et ungene lu locu. L' altru: agi de olio de berensesifii unc. j., et de cantalene, levatene lu capu et le ale, unc. iij. Et l' oliu se fane cusini: le cantalene micte cull' oliu dela oliva, e de lenne micte le cantalene et l' oliu in una pingniata picula, et puila supre lu focu lentu, mistecandule fortemente c' unu lenu, et spessamente menandole se coca fine che sia spesse. E levale dalu focu et condiscele c' unu pocu de muscatu, voi muscu, voi de anbra, et mesteca onne cosa insenmura, chè olia bene. Delu quale unguentu se lu locu sarrane bene frecatu fine che faccia le vessiche, et ceptu appare le concavitate deli pili et lu luru nassimentu. E questu unguentu vale et ene efficacissimu a renascere li capilli in delu capu dell' omu. L' altru vale ma non tantu quantu li experimenti innanti dicti: agi li cavassi et lu sucu dele verse et mele, tantu dell' una cuantu che dell' altru. L' altru pose fare cotale unguentu: agi quantu te pare d' assungia de serpe et de radicina de bruschiali et dele scorci delu fructu dela castagni, et de argentu vivo, mestecatu cola saluia,

cum ulcera incipiunt curari, quia, post curationem ulcerum, pili non renascentur, nisi forte prius fieret scarificatio. Item ad idem. Comburantur in aliquo vase apes et scarabones, qui in balneis reperiuntur, deinde pulverizentur, postmodum, loco prius inuncto ex oleo olivarum, pulvis prædictus superaspergatur, et cum digitis supra locum ducatur, ut pulvis loco bene adhæreat. Item ad idem: Valet si talpa coquatur in oleo olivarum usque ad dissolutionem et consumptionem carnis, deinde cum illo oleo locus inungatur pluries ad minus bis in die.

Cap. CLXIV. — Quomodo pili nigri mutentur in albos.

Si volueris in aliqua parte corporis pilos alterare et de colore nigro in album convertere, primo abradatur locus ubi sunt pili nigri, et cum inceperint pili renasci, suffumigetur locus ex sulphure, et hoc fiat sæpius, quia nascentur in loco illo pili albi. Item ad idem: Fac bullire talpam in aqua salsa vel lixivio per tres dies, et quando aqua vel lixivium consumitur, adde de nova aqua vel lixivio; quo facto, de prædicta aqua aliquantulum calida pone super locum, quia cadent incontinenti pili nigri, et postea nascentur albi. Item ad idem: Recipe lac pecudum, et ipsum bene calefacias, ut bulliat, deinde infundas petiam unam lini in dicto lacte sic bulliente, et ponas supra locum, et hoc facias totiens donec cum fricatione modica digitorum pili cadant; postmodum accipias petiam unam aliam

et de li nuzoli, voi deli scorci dele mandole amare, et dell' elera blanca, voi de assungia de gallina. E tucte queste cose confitia cull' oliu dela uliva et ungene le locura. E questu se faccia quandu le plague cumenza a curare, ca pela curatione dele plague li pili non renascerà forsia nanti se non scaragasse. L' altru: ardase in unu vasu l' ape, voi li scalantruni li quali se trova in dele baniura. et facaiasenne pulve, et inprimamente se unga de olio, et poi ce se iepte questa pulve, et menese de supra cule deta, chè la pulve se appicceche bene supra lu locu. L' altru: valece se la topa se cocie in dell' olio dela oliva usque ala consumatione dela carne, et de quellu oliu se unga lu locu molte feata, et alu menu dui feata in die.

Cap. CLXIV. — In che manera li pili niri se mute in blanco.

Se volerai in alcuna parte delu corpu mutare li pili, cioene deli niri fare blanchi, inprimu se rada lu locu dove sone li pili niri, et quandu li pili comenza a renascere suffumechese lu loco de solfu. E questu se faccia spessu, chè in quellu locu renasce li pili blanchi. L' altru: fane bullire la topa in dell' acqua salsa, voi in dela lessiva per iij die. Et quandu l' acqua voi lissia, saranne consumata, aiungice de acqua nova voi de lissia. E questu factu, dela decta acqua unu pocu calla se puna supra lu locu, ca li pili niri incontenente senne caderane, et poi ce renascerane li blanchi. L' altru: agi lu lacte dela pecura, et scalalu fine che bulla, et agi poi una peza de linu, et infundila in delu dectu lacte bullente, et puila supra lu locu. E poi agi un' altra peza none infussa, et

mundam; et ipsam ponas, seu infundas, in lacte frigido et recenti (sed credo melius fore si infundatur in lacte calido sive tepido), et ipsam sic infusam ducas per locum abrasum ubi volueris pilos renasci; et hoc facias per tres dies et pluries quousque pili incipiant crescere; et debes hoc facere ter in die ad minus, et sic pilos nigros in albos convertere poteris vel mutare.

Cap. CLXV. — Ad tussim siccam.

Patitur aliquando equus quamdam ægritudinem, quæ dicitur tussis sicca, licet enim equus tussiat, veruntamen nihil propterea emittit per nares. Dicta autem tussis procedit ab interioribas, et ideo, nisi succurratur, periculosa existit, quare est celeriter succurrendum; ponam igitur quædam experimenta ad hoc apta. Sunt autem in Capitulo de equo pulsivo tria experimento utilia ad hanc aegritudinem. Primum est quod detur equo per triduum de frumento elixo, et detur ei bibere de musto recenti, antequam bulliat, quantum voluerit, et dimittatur in loco sereno seu frigido, et detur ei ad comedendum de herbis recentibus. Item ad idem: In defectu musti, detur equo ad bibendum vinum forte, et misceatur cum ipso aqua decoctionis requiritiæ. Item ad idem aliud experimentum: Recipe serpentem et, abscisso capite et cauda et extractis interioribus, fac bullire in aqua pluviali, vel alia, quousque carnes serpentis ab osse, seu spina, separentur; deinde, abiecto osse seu spina, misce dictam aquam et carnes serpentis sic coctas cum furfure, vel frumento vel alia annona, et da equo comedere totum sic mixtum. Vel potes, et erit melius, aquam decoctionis dare ad potandum equo ita, quod non detur sibi alius potus

infundela in delu lacte fredu et recente; ma creiu, che fora megliu se se infundesse in delu lacte callu voi tepegliu. E quella peza cusì infussa se mene pe lu locu rasu, duve volerai che li pili renasca. E questu fane per iij die, et plu fine che li pili comenze a crescere. E questu devi fare tre feata in die alu menu, et cusi li pili niri se muta in blanchi.

Cap. CLXV. — Ala tossa seccha.

Lu cavallu pate una infermetate la quale se dice tussa secha, ca abengnia che lu cavallu tussia, ma tame non gecta nulla cosa pele nara. Ma la decta tussa procede de nanti, et seglese non soccorre abene in periculu, et perciò ene da suchurreregle vivacciamente. Io poneraiu eccu aliquanti experimenti utile a questu. Sone in delu capitulu delu cavallu che tussie trine experimenti utile a questa infermetate. In primu se dea alu cavallu tre die lu furmentu lessu, et deaglese a bevere de mustu recente nanti che bulla, quantu ne vole, et lassalu stare illocu serenu voi fredu; e deaglese anmanecare herbe recente. L'altru, in defectu delu mustu, deaglese a bevere vinu forte et mestecese culu vinu l'acqua dela riquilitia. L'altru experimentu: agi lu serpe et, tagliatugle lu capu et la cuda et tractenne le intestini, falla bullire in dell'acqua delu flume, voi l'altra, fine che la carne se parte dall'ossu. E poi, getatene l'ossa, mesteca la decta acqua et la carne dela serpe cusì cocta cula brenda, voi culu furmentu, voi con altra annona. E dagle anmanecare tucte alu cavallu cusì mestecate. Et ene megliu segle dai l'acqua dela decotione a bevere sichè non gle dei altru a bevere finechè tuctu l'aia beveta, et la carne

quousque totum biberit; et carnes cum annona mixtæ dentur ad comedendum; debet autem equus per istum modum comedere tres vel quatuor serpentes, interponendo dies aliquos, et de triduo in triduum detur sibi talis comestio et potus. Item aliud experimentum ad idem, quod continetur in capitulo de equo scalmato, quia debet poni equus solus in stabulo, et per duos vel tres dies non debet sibi dari aliquid ad comedendum vel bibendum, postea dentur ei lardones porcini salati, minutatim incisi, ad comedendum quantum voluerit, quia, tum propter famem, tum propter lardonis salsedinem libenter comedet; comedente autem ipso de lardonibus sive modicum sive satis, detur ei bibere aqua calida iuxta velle, mixta prius cum ea farina hordeacea competenter, deinde paulisper equitetur, donec ventrem evacuet de comestis; postquam autem ventrem et intestina evacuaverit, cito et convenienter cum annona sibi competenti ad statum pristinum reducatur. Inter cetera autem comestibilia tutius est dare frumentum ei bene mundatum cum aliquantulo salis et lardonis decoctum, et postmodum ad solem vel alibi desiccatum, ad quantitatem trium gemellarum, vice qualibet, antequam bibat quotidie bis in die; tale enim frumentum satis nutrit et reficit corpus equi, et sic equus impinguatur de facili iuxta velle. Item aliud: Recipe tartarucas, seu testudines, et, abiectis capitibus, caudis, pedibus et intestinis, facias tantum ipsas in aqua decoqui quousque carnes ex toto ab ossibus separentur et aqua effecta fuerit bene pinguis, postmodum dictam aquam dabis equo ad potandum in aliquo catino, seu vase, nec des sibi aliam aquam bibere quousque totum biberit; carnes vero, si quæ remanserint, misceas cum annona, et dabis equo ad comedendum cum ipsa, et hoc facies quousque videris equum curatum. Et nota

mestecata cola annona segle dea anmanecare. E per questu modu segle dea anmanecare tre, voi iiij serpi, interponedoce aliquanti die, et onne tre die segle dea cotale manecare et bevere. L'altru experimentu lu quale se contene in delu cavallu scalmatu; e lu cavallu deve stare sulu in dela stalla et per dui, voi per tre die, si gle non deve dare chibelli a manecare nè a bevere. E poi gle se dea lardoni salati, tagliati minutuli anmanecare, quantu ne volerane. Ca sì per la fame, sì per lu salsu delu lardu, lu cavallu lu manecarane volunteru. Et illu manecante delu lardu voi pocu, voi multu, deaglese a bevere l'acqua calla mestecatuce la farina dell'oriu. E de lenne se cavalche unu pocu finechè lu ventre gle se asseme de quellu che ane manecatu. E poi che ane vacuatu lu ventre et le intestina, raducase alu primu statu cola annona conmenevele. Intre tucte l'altre cose da manecare, plu securu ene daregle lu furmentu bene mundu c'unu pocu de sale et de lardo coctu, et poi gle sia datu onne volta tre iommelle d'oriu, seccu alu sole, anti che beva due fiata in die: ca cotale frumentu assai notrica et refane lu corpu delu cavallu. E cusì lu cavallu rengrassa legieramente comu voi. L'altru: agi le testugine et senza capu e pede et cuda et intestini falle tantu cocere in dell'acqua, che la carne se parta dall'ossu, et l'acqua sia ben grassa. E questa acqua darai a bevere alu cavallu. E non gle dare altra acqua, finechè l'aia beveta tucta. E la carne che ce remane gle mesteca col'annuna e daglela anmanecare. E questu fane fine c'aia lu cavallu curatu. E nota che le testudine deve essere acquarole, abengnia che le terrene sia bone. Et questo poi fare semegliantemente cule cianmagliche, ca non è in mesteru de tollere nè capu nè chibelli; ma

quod testudines seu tartarucæ prædictæ debent esse aquaticæ quia, licet terrestres bonæ sint, aquaticæ tamen magis valent; hoc ipsum etiam poteris facere cum limacibus, nec est necesse de ipsis caput vel caudam seu aliquid removere, sed integræ cum frumento vel hordeo decoquantur, sicut dictum est de tartarucis. Item ad idem aliud experimentum, quod ponitur supra in capitulo de frigiditate capitis et eius cura: Recipe cortices medianos arboris alni, quæ arbores crescunt super ripas aquarum, et munda bene a superfluitatibus exterioribus, et impleas ex illis aliquam ollam novam, et aquam claram in ipsam mitte, ita quod cortices ipsae sint bene aqua coopertæ, et bulliant usque ad consumptionem dimidiæ partis aquæ; secundo iterum impleatur olla aqua, ut prius, et bulliat usque ad consumptionem dimidiæ partis aquæ, postmodum coletur bene per pannum, vel staminiam, et cortices bene exprimantur, et expressæ, abiiciantur, deinde misceantur ex illa colatura duæ partes cum una parte sagiminis lardi vel butyri et calefiant, ex tali autem commixtione tepida unus cyathus cum cornu in gulam equi mittatur, et unus cyathus proiiciatur in nares equi; equus vero ventrem vacuum ab esca et potu habere debet quando prædicta potio sibi datur, postea per tres horas non comedat neque bibat, et a frigore bene custodiatur; et sic fiat quotidie per tres dies semel in die; cresciones vero et aliæ herbæ calidæ, quæ calefacere ac attenuare possunt humores, dentur equo ad comedendum, si fuerit æstas; sed si fuerit hyems, dentur ei senationes et pultes tepidæ factæ de furfure tritici, et aquam calidam bibat, et caveatur ab aqua frigida. Et nota quod quando potio prædicta datur equo, caput equi debet teneri elevatum sursum cum freno et baculus unus in ore ipsius poni, donec totus liquor per meatus narium in capite decurrat.

interrene le coci culu furmentu, voi cull' oriu, comu ene dectu dele testudine. L' altru experimentu, lu quale ene postu in dela fregedetate delu capu. Recipe le scorce mezane dell' alnu, li quali arbori cresce sopra le ripe dell' acqua, et mundale bene dala superfluitate de supre, et inplene una pingniata nova et mictice l' acqua clara, sichè le scorce sia bene coperte de acqua et bulla finechè l' acqua asseme pe' mezu. Et un altra feata se renpla d' acqua, et revulla fine che asseme pe' mezu. E poi se cule bene c' una stamegnia, et sprescese bene le scorce et gectese. E quella colatura sia dui parti, et mestechese c' una parte de grassu de lardu, voi de butoru, et scallase. E de questu gle sia messu unu gotu in dela gola, c' uno cornu. Et unu gotu senne gecte in dele nare delu cavallu. E lu cavallu sia deiunu da manecare e da vevere quandu gle se dane questu. E poi tre hora nè manduche nè beva, et guardese bene da fredu: e cusì se gle faccia tre die, una feata in die. Le cresceone et l' altre herbe calle, le quale pone scallare et asseliare li humuri, dease anmanecare alu cavallu se ene la state, et se ene lu vernu deaglese a manecare le senatiune et la pultra tepegla facta de brenna de granu, et beva l' acqua tepeglia et guardese da acqua freda. E nota che quando se dane la decta potione, lu cavallu deve tenere lu capu levatu culu frenu, et mectesegle unu fuste in bocca, fine che tucta la putiune gle vada per li miati dele nara.

Cap. CLXVI. — Contra febres Equorum.

Febris equorum est quædam infirmitas in equo quasi incurabilis. Equus enim portat caput demissum, parum vel nihil comedit, oculos habet lacrimosos; ilia eius pulsant continue. Dicta autem infirmitas epidemialis est, et ex ipsa anno trecentesimo fuerunt in Urbe mortui plures quam mille equi. Et nota quod dictam ægritudinem aliqui dicunt esse febrem, alii squinantiam. Ad quam ægritudinem remedia multa probans, equos tempore meo plus quam quinquaginta perdidi, nec aliud remedium inveni, nisi quod aquam vitæ, seu vini, destillatam tertio cum vino æqualiter mixtam equo cum cornu tradidi ad potandum. Quo facto bis aut ter, equus fuit confortatus, et cepit comedere et confortari et fuit curatus. Prosunt autem duo remedia infrascripta: primo fiat clystere tale: Recipe pulpæ coloquintidæ 3. *I., dragantis* 3. *semis, centaureæ, absinthii ana manipulum unum, castorei* 3. *semis, decoquantur in aqua et dissolvantur* 3. *semis ieralogodion cum* 3 *et semis salis communis et lib. semis olei olivarum, postmodum facias emplastrum infra scriptum, quod debet poni in temporibus circa aures et supra: Recipe squillæ* 3. *semis, castorei, sambuci, sinapi, euforbii ana* 3. *II., dissolvantur prædicta in succo asphodellorum et succo basiliconis, vel salviæ et apponantur supra caput et in locis prædictis. Item ad idem: Recipe arnoglossæ maioris et minoris, eupatorii, ungulæ caballinæ ana manipulos duos, artimisiæ mediocris, manipulum semis, extrahantur ex his succi, si possunt haberi recentes, sin autem, bulliant omnia in aqua et sit aqua in quantitate trium pentarum, et*

Cap. CLXVI. — Contra le freve deli cavalli.

Una infermetate ene in delu cavallu, che se dice freve, et ene quasi incurabile. Lu cavallu porta lu capu demessu, et pocu voi niente manduca, et ane l'occhi lacrimusi, et le flancora gle vacte continuamente. E la decta infermetate ene epidimiale, et de questa infermetate ne foro morti plu che milli cavalli in Roma in unu anno quando correa li anni dela incarnatione de Deu trecentu unu. Ma ce se po' fare dui remeia: inprimu gle se faccia cotale cristeru. Recipe de pulve de coloquintide unc. j. et de draganti unc. §. et de centaura, et de assensu de onne una unc. j. et §, et de castoreu unc. §. et cocase in dell'acqua et dessoglase iu unc. j de olio de oliva, et poi gle fane questu enplastu, che gle se pona in dele tenpla, et apressu le 'rechie et de supra: Recipe de squilla unc, §. et de castoreu et de sanmsuci, de senape et de euforbiu ugualemente unc. ij. et queste cose decte dessoglia in delu sucu del'affudilli et in delu sucu delu basilicu, voi de salvia, et ponaglese supra lu capu in de locura decte. L'altru: agi de arnoglossa maiore et menore et de eupatoriu et de ungia cavallina ugualemente, de matrecale mezana unc. §., et tragasenne lu sucu se se po' avere recente, et se none, bulla tucte queste cose in tre peticti d'acqua, e bulla chè sia perfectamente cocte. Et allura de quella acqua se recipe libr. §. et de zucaru libr. j. et mestecale insenmura et dease a bevere alu cavallu c'unu cornu, et tuctavia la demane et la sera comu aiu dectu. L'altru: Recipe de terriaca unc. ij. voi tre, et destenperala con optimo vinu, et dallu a bevere alu cavallu colu cornu. L'al-

bulliant donec sint omnia perfecte decocta; tunc ex aqua prædicta recipiatur lib. semis et succari lib. I., et simul misceantur, et dentur bibere equo quolibet mane vel quolibet sero, ut supra dixi. Item ad idem: Recipe thyriacæ optimæ 3. *II., vel IV., et misce, seu distempera, in optimo vino, deinde da equo bibere cum cornu. Item ad idem: Recipe radices sambuci et bene pista et succum extrahe, deinde ex dicto succo dabis equo bibere cum cornu quolibet mane usque ad tres dies in quantitate duarum librarum, vel trium, qualibet vice; et curabitur equus. Item ad idem: Recipe herbam, quæ dicitur panacea (et alio nomine dicitur herba veneris, alio nomine proclamus, alio nomine gallitrichum), quam herbam recentem dabis equo comedere, et curabitur equus. Si autem dictam herbam recentem habere non poteris, fac bullire in aqua, ut supra proxime, et dictam aquam des equo bibere cum cornu.*

Cap. CLXVII. — De vermibus qui habundant in intestinis Equorum.

Vermes, quando in equo habundant, nisi celeriter succurratur, equum occidunt. Signa sunt ista: Equus frequenter se volvit et revolvit et latera sua sæpe corrodit, ventrem aliquando nititur pedibus scalpere, et pili ipsius sursum elevati stant, graciliorque solito fit, et nisi succurratur, antequam ventrem et intestina perforaverint, vix evadet. Nascuntur autem ex mala esca cum inopia potus. Cura. Omnia intestina integra unius iuvenis gallinæ calida in gulam equi proiiciantur, et caput teneatur sursum donec illa deglutiat, sic fiat tribus diebus et de mane tantum, nec usque ad horam nonam permittatur bibere nec comedere nisi parum.

tru. Recipe le radicine delu samburitij, et pistala bene et tranne lu sucu et dallu a bevere alu cavallu colu cornu onne demane, usque a tre die, dui voi tre libr. onne feata, et lu cavallu sarrane curatu. L'altru: Recipe la herba che se dice pannocea, et in altru nome se dice herba veneri, et in altru nome se dice proclame, et in altru nome se dice galbe tritu, la quale erba darrai recente anmanecare alu cavallu et curarasse. Esse questa herba non trovarai recente, la secca fa bullire in dell'acqua, et dàlla a bevere alu cavallu.

Cap. CLXVII. — Deli vermi li quali abunda in dele 'testina.

Quandu li vermi abunda in delu cavallu, se se gle non soccorre cectu occide lu cavallu. E li sinna sone queste, lu cavallu se volve e revolve spessu et rudese le latura soe, et alcuna fiata se sforza de gractare lu ventre culi pede, et li pili soi stane gerti, et ene plu graile che non sole. Esseglese non succurre nanti che pertuna lu ventre et le intestina, appena canparane. Ma illu nascenu per male manciare con pocu bevere. La cura. Tucte le intestini de una pollastra se iecte calle in dela gola delu cavallu, et tengnia lu capu ad altu fine che lè inglocta, et questu gle fane tre die, et la demane solamente, et non gle

Item ad idem: Quidam genestas, abrotanum subtilissime terunt, et dant equo comedere cum annona, et aquam salsam dant sibi ad bibendum. Item ad idem: Detur equo ad comedendum de secala parum cocta, et postmodum desiccata ad solem. Item ad idem: Dentur equo ad comedendum frondes virides salicum, vel cannarum, quia emittet equus, per digestiones, omnes vermes, et dentur sibi quousque egestiones sint sine vermibus.

Cap. CLXVIII. — Ad ossa fracta.

Ut quæcunque ossa confracta velociter consolidentur, scinde corium cum rasorio super fracturam, deinde vermes, qui dicuntnr istuli, frixos in oleo olivarum superpone et liga super fracturam. Item ad idem. Si ossa rumpantur, aut fiat separatio iuncturarum, quia cura istius morbi potius in operatione quam in verbis consistit, operantis arbitrio committatur. Scire tamen debes quod ubi fuerit separatio iuncturarum, statim, post collocationem et reparationem omnium ossium, supra locum fiat cauterium, ut nervi extensi contrahantur et, ad propria loca reducti, ibidem congrue redigantur et collocentur.

Cap. CLXIX. — Ad omnia Equi vulnera.

Si equus habuerit quodcunque vulnus, accipe radices malvavisci, et fac bullire cum lardo porcino diu, postmodum supra vulnus ponas dictas radices cum lardo sic coctas, sæpe mutando; ex hoc enim omnis dolor removebitur, et locus mollificabitur, et in proximo signa curationis apparebunt. Item ad idem, et melius

dare anmanecare nè a bevere fine a nona, se non pocu. L' altru: alcuni pistanu la genestra et l' arotanu suctilissimamente, et dàllu anmanecare alu cavallu cola annona, et dagle a bevere acqua salsa.... L' altru: deaglese anmanecare alu cavallu fronde virde de salce, voi dele canne, ca cazarane fore per la egestiune tucte li vermi; e deaglese fine che la egestiune sia senza vermi.

Cap. CLXVIII. — All' ossa rocte delu cavallu.

Qualunca ossa rupte velocemente se resogle: finde lu coiru culu rasuru supra la roctura, et delenne li vermi, che se dice li sculi, fricti in dell' olio dela oliva ce pui de supra, et legaule supra. L' altru: se l' ossa se runpe, e facciase la separatione dele iunte, ca la cura de questu male maioremente ene in dela operatione che in dele parole, et perzò se conmecta al alvitrio delo operante. Ma tame deve sapere che dove ene la separatiune dele iunte, incontenente che l' ossa ene recollocate et racconce, facciase la coctura supra lu locu, chè li nervi stese ractraga ali proprij locura.

Cap. CLXIX. — Ac tucte le plague delu cavallu.

Se lu cavallu averane qualcuna plaga, agi la radicina delu malvavischiu, et fallu bullire culu lardu porcinu lontanamente. E poi pui le decte radicine cocte culu lardu supra la plaga spessu mutandulu. Ca lu dolore removerasse et mollificarane lu locu et li signa dela curatione apparerane appressu. L' altru

est et efficacius omnibus quæ possent fieri: Require supra in rubrica de Crepatia ex transverso unguentum, quod fit ex terbentina, cæra alba et nova et gummi abietis et betonica et aliis, quæ ibi continentur, fac per omnia sicut ibi. Item pulvis optimus ad omnia equi vulnera et ad omnem excoriationem et omnem ruptu-ram: Recipe herbam, quæ dicitur ros marinus, et eam desicca ad umbram, non ad solem; postea, quando indiges, lava locum aceto, vel urina recenti hominis, et dictum pulverem superpone, et gaudebis de eius effectu. Item, nota quod, si lavetur vulnus quodcunque cum vino decoctionis taxi barbassi numquam poterit infistulari, seu ibi fistula oriri, nec etiam incancrari, citius etiam ex hoc sanabitur. Item ad idem: Recipe herbam, quæ dicitur iacea nigra (alio nomine viola ferraria, alio nomine aurimea, alio nomime auriga), quam bene pista et supra vulnus pone, quia curabitur cum auxilio Iesu Christi.

Cap. CLXX. — De trunco, seu spina, intrante in aliquam partem corporis Equi.

Contingit causaliter quod truncus alicuius ligni vel spina partem aliquam corporis equi subintrat, remanens inter carnem, ex quo vulnus circumquaque tumescit, et quandoque crus totum, maxime si aliquis nervus fuerit inde tactus, et aliquando exinde equus cogitur claudicare. Cura. Primo vulnus undique abradatur, postea accipientur tria capita lacertarum, et trita aliquantulum superponantur alligata cum petia. Item ad idem: Recipe radices arundinum et diptamum et tere bene, et superpone, et cum aliqua petia liga. Item ad idem, et melius: Recipe radices

megliure et plu efficace che tucti quilli chessece potesse fare: recercalu in dela rubrica dela crepaccia traversu lo unguentu, voi lu medecamentu, lu quale se fane dela terbentina, dela cira blanca et nova, et de gumma arabica, et de bertonica, et de altre cose chesse contene locu, et fanne onne cosa comu se ne loco. Item, la pulve optima actucte le plague delu cavallu et ad onne excoriariune et ad onne ruptura: Recipe lu trasmarinu et seccalu all'umbria, et quandu te ene in misteru de operarelu, lava lu locu coll'acetu, voi cola urina dell'omu recente, et iectace la decta pulve et gauderai dela operatione sua. E nota che se tu lavi qualunca plaga culu vinu, coctuce lu tassu barbassu, mai non pone infistulare nè incancrare, ma se curarane plu cectu. L'altru: Recipe la herba che se dice iacea nigra, et in altru nome viola ferrana, et in altru nome auriga, et in altru nome auremia, la quale pista bene et puila supra la plaga, ca se curarane coll'aiutoriu de xpu (Christu).

Cap. CLXX. — De troncu, voi spinu, intrante in alcuna parte delu corpu delu cavallu.

Casulamente abene multe feata che lu truncu de alcunu lenu, voi spinu, entra in d'alcuna parte delu cavallu, remanente in dela carne, per la quale la plaga intunmisce deturnu, et alcuna feata tucta la ganma, et spitialemente se alcunu nervu ene tuccatu, et alcuna fiata lu cavallu ne zoppeca. Cura. Inprimu la plaga se rada deturnu, et agi tre capura de lisierte et pestale unu pocu et pucele c'una peza. L'altru: Recipe le radicine dele canne et delu dictamu, et pistale bene et pucele et legacele c'una peza. L'altru

arundinum et ipsas tere bene cum melle, deinde hoc emplastrum super locum pone, et liga cum aliqua petia, et exibit ferrum, spina, vel truncus. Item ad idem: Valent limaces terræ tritæ et cum butyro postmodum agitatæ et coctæ. Et nota quod istæ medicinæ sæpius renovatæ, stipitem, spinam, ferrum vel truncum inter carnes existentes mirabiliter ad exteriora reducunt. Extractis autem a vulnere trunco, spina, ferro vel stipite, curetur postea vulnus cum ovi albumine et aliis consolidativis, vel cum unguento facto ex terbentina, cæra alba nova et munda, ut supra in capitulo de Crepatia ex transverso dicitur. Si vero tumor aliquis ob prædictam causam in loco remanserit, cum emplastro absinthii, parietariæ, branchæ ursinæ, axungiæ, farinæ, mellis, tritis pariter et decoctis, illa tumefectio reprimatur. Et nota quod mollificativum factum de absinthio, parietaria, brancha ursina, axundia, farina, et melle, ut supra dixi, valet multum ad omnem tumorem, vel inflationem mollem et recentem, quæ fit præter naturam ex percussione aliqua in aliqua parte cruris aut in genibus, aut iuncturis, emplastrum super locum sæpius renovando.

Cap. CLXXI. — De Cancro.

Contingit equo pluries morbus, qui dicitur Cancer, circa iuncturas crurium iuxta pedes aut inter iuncturas et pedes, videlicet in pastoria; quandoque contingit in alia parte corporis. Qui ex pluribus causis habet oriri: aliquando ex vulnere ibi facto, et ex negligentia postmodum antiquato, aliquando ex frequentatione aquæ vel turpitudinis super vulnus, aliquando ex putredine, cum equus, habens vulnus in aliqua parte

megliure: Recipe le radicine dele canna, et pistale colo mele et poi supre lu locu et legacele et 'siranne lu ferru, voi la spina, voi lu truncu. L'altru: valece le cinmagliche piste culu butiru, et mestecate et cocte. E nota che queste medicine spessu renovate trane fore spinu, ceppu et truncu et ferru meravegliosamente stante na plaga. E poi ch' ene tractu dela plaga, curese la plaga cul alvume dell' ovo, et con altre cose consolidative, voi con unguentu factu de terbentina et de cira blanca et nova et munda, comu ene dectu de supra in delu capitulu dela crcpaccia traversa. E se ce remane tumure per questu, scaccese per questu enplastu de assensu et de paritaria et de branca ursina, et de assungia et de farina de megliu, piste insenmura et cocte. E nota che questu mullificativo enplastu, lu quale aju dectu, vale multu ad onne tomore, voi inflatiune molle et recente, la quale adevene per alcuna firita in de alcuna parte dele ganme, voi dele genocchia, voi in dela iunture, renovandu spessu questu enplastu.

Cap. CLXXI. — **Delu cancro.**

Presure volte abene alu cavallu una infermetate, che se dice cancru, in dele iunture dele ganme appressu li pedi, voi inter le iunture e li pedi, cioene in dela pastura. Et alcuna fiata abene in altra parte delu corpu, lu quale nasce per multe accasiuni. Alcuna feata per plaga factace et per negligentia, et alcuna feata pre acqua, voi per suzura facta sopra la plaga. Alcuna feata per sania, quandu lu cavallu ane

corporis, ut in iunctura vel aliqua parte cruris, equitatur improvide; nam, si vulnus inveterascit, et iugiter aquis et sordibus repleatur, efficitur cancer. Cura. Recipe succi radicis asphodelorum 3. *VII., calcis vivæ* 3. *IV., arsenici pulverizati* 3. *II., hæc omnia diu insimul terantur et agitentur et misceantur, deinde ponantur in aliquo vase fictili, rudi sive novo, et oppiletur os vasis ita, quod vapor vel fumus exire non possit, et tamdiu decoquantur ad ignem donec omnia in pulverem reducantur. Ex tali pulvere vulnus cancri impleatur bis in die donec cancer cadat et mortificetur, abluto prius cancri vulnere cum aceto fortissimo. Mortificato vero cancro et deiecto, curetur vulnus cum ovi albumine et aliis ut superius et inferius in diversis capitulis, ubi de curis vulnerum dicitur, continetur. Casus vero et mortificationis cancri signum est cum vulnus cancri circumquaque tumescit. Item ad idem: Valet stercus humanum cum tantundem tartari pulverizatum, combustum et superpositum per modum superius proxime positum de pulvere facto de succo radicis asphodelorum et aliis, ut ibi continetur. Item ad idem: Valet tartarum combustum et cum sale trito mixtum et superpositum ut supra. Item ad idem aliud et melius: Recipe aleum, piper et pyretrum, et simul omnia bene tere et immisce cum eis aliquantulum axungiæ porcinæ veteris, quæ omnia bene mixta mittantur in cancro ligando bene stricte; et deinde emplastrum bis in die renovetur donec cancer ex toto fuerit mortificatus; postea curetur vulnus ut superius et inferius in curis vulnerum edocetur. Et nota quod pulvis asphodelorum, superius dictus, violentior est omnibus supradictis, unde cum in locis nervosis, venis et arteriis plenis et intricatis, dubium sit incisiones et cauteria fieri, talibus pulveribus tutius et securius uti*

plaga in de alcuna parte delu corpu, comu ene in dela iuntura, voi in altra parte dele ganme, et cavalcase non providevelemente, ca se la plaga invechia et assiduamente se renpla de acqua, voi de suzura, facese lu cancru. Cura: Recipe de sucu de radicina de affodili unc. vij. et de calce viva unc. iiij, et de arsenicu pulverizetu unc. ij. tucte queste cose se piste insenmura et mestechese et mectase in una pigniata nova et acturise la vocca chè non n'esca lu vapore voi lu fume, et tantu se coca alu focu che se raduche in pulve. E de questa pulve ce se mecta in de lu cancru due fiata in die fine che lu cancru senne caia et mortifichese, lavatu imprimu lu cancru con acetu fortissimu. E poi mortificatu lu cancru et cadutane, curese la plaga col' alvume dell' ovo et altre cose, cusì comu ene dectu de supra et decerasse insocta in diversi capituli dove se contene dele cure dele plague. Li cadimenti et li murtificatiuni delu cancru ene signu che la plaga delu cancru intumisce deturnu. L' altru: vale lu stercu dell' omu con altretanta pulve de rasia arsa, posta de supra, per modo de supra proximemente dectu dela pulve facta delo sucu dela affodilli et de altre cose comu se contene locu. L'altru: vale la rasia arsa culu sale tritu et pustuce de supra. L' altru megliore: agi l' agli et lu pepe et lu piretru, et pistale insenmura c' unu pocu d' assognia vechia purcina, le quale se mesteche bene insenmura et mectase no cancru et legese strectamente. E lu dectu enplastu ce se remute due feata in die, fine che lu cancru at intuctu se mortifiche. E curese la plaga comu ene dectu de supra, et comu se decerane insucta, inne cure dele plague. E nota che la pulve del' affudilli dectu de supra ene più violente che tucti l' altri dicti; unne, concesia cosa che in dele

possumus ut maius periculum evitemus. In locis tamen carnosis cancer existens, curari potest citius et facilius cum incisionibus et cocturis quam cum pulveribus, cum valeat funditus cocturis et incisionibus extirpari. In nervosis vero locis cautius et tutius est uti pulveribus supradictis, nam nervi, venæ et arteriæ incisionibus et cocturis leviter et de facili lædi possunt, vix enim aut nunquam sine ipsorum læsione talia loca incidi vel uri possunt; unde Hippocras: quantumque cancri absconditi fuerint, non curari melius est; curati enim citius pereunt, non curati longius tempus perficiunt. Quod, secundum Galenum, de incisione et coctura dictum est, cum cancri profundi, et in locis nervosis orti, radicitus evelli non possunt, sed propter nervorum læsionem, ut dictum est, si urantur vel incidantur maius malum efficiunt. Item ad idem, maxime si sit in pedibus vel cruribus animalium: Recipe alumen, dragantum et sulphur æqualiter, quæ omnia simul tere et misce cum cæra, et fac exinde candelam et accendas, et facias eam super cancrum guttare, cavendo ne alibi cadat vel alium locum tangat; item custodiatur ab aqua et a sordibus. Item, si cancer labium equi comederit: Recipe semen canabis et desiccetur valde, et pulvis inde subtilissimus factus superaspergatur bis in die, donec equus sanetur. Item ad idem: Recipe calcis vivæ, atramenti et mellis vel saponis veteris ana, terantur et conficiantur insimul, et fiat inde pastillus, et in parva olla in igne comburatur, deinde pulverizetur et de illo pulvere super cancrum semel in die apponatur donec cancer fuerit desiccatus. Item, si cancer acciderit in maxilla vel in carne plana ubi nervi vel musculi non sint in circuitu: per medium in duobus locis cum calido ferro coquatur, deinde adustio, seu coctura, cum melle inungatur quousque corium per se cadat, custo-

locora nervose et in dele vene et in dele artarij plene, et incutate sia dubiu de tagliare et cocere, plu securamente potemo usare cotale pulvi et maiore pericolo cazaremu. E lu cancru che ene in dele locura carnose pose curare plu ceptu et plu ligeru cule tagliature et cocture che cole pulvi, concesia cosa che se poza sterpare da fundu cule tagliature et cole cocture, Ma in dele locura nervose plu saviamente et plu securamente ene usare li diti pulvi, ca li nervi et le vene et l'artarij con le tagliature et le cocture ligeramente po' avere lesiune: e grande pena, voi mai, senza lesiune luru queste locura se po' tagliare, unne Ipocras dice: quandunca li cancri sarà nascose, megliu ene da curarili, ca li curati pere plu ceptu, e li non curati dura plu longu tenpu; chè, secundu Galieno, delu tagliare et delu cocere ene dectu, concesia cosa che, li cancri nati in dele locura nervose e profundi dala radicina se non po' cacciare, ma per la lisione deli nervi, comu ene dectu, segle se dane foco, voi se tagle, fa unu maiore male. L'altru et spitialemente se illu ene in deli pedi, voi in dele ganme, dell'animale: Recipe l'alume, draganti et zolfu, ugualemente, et one cosa trita et mestecale cula cira et fanne 'na candela et aprindila et falla goctecare sopra lu cancru, et guarda chenne non caia altrove. Ancora se guarde dall'acqua et da suzura. Ancora, se lu cancru manduche lu labru delu cavallu, secca la semente dela cannova troppu, et fanne la pulve suctile, et gectecese dui feata in die fine che lu cavallu se sane. L'altru: Recipe de calce viva et de tenta, et mele. voi de sapone vecchiu et tritese et confitiese insenmura, et facciasenne 'na pasta et ardase alu focu in una pizola pingniata, et facciasenne pulve et gectese una feata in die supra lu cancru, fine che lu cancru

diatur etiam ab omni humectatione aquæ, et sanguis ex adversa parte colli extrahatur. Item: Contingit aliquando quod ex superhabundantia melanconici humoris gingivæ corrumpuntur, et cancer in eis oritur, et apparent gingivæ subnigræ et sanguinolentæ cum quodam pruritu, et escam paucam sumunt, et ex oppressione et habunduntia pravorum humorum non possunt ulcera consolidari. Verum, quia huiusmodi apostema radicitus inest, carnes illæ subnigræ radicitus incidantur, et etiam os mandibulæ abradatur; nec dubites hoc facere, quia huiusmodi animalia sunt fortis substantiæ, et impetum incisionis bene possunt tolerare, nisi forte in intricatis locis fuerit cancer exortus, vel in nervoso aut in ungula, ubi timendum est de incisione, ne forte venæ vel nervi læderentur aut corrumperentur. Item ad idem, et valet etiam contra omnem fistulam: Recipe viridæris, arsenici, persicariæ tritæ, vitrioli, nitri, utriusque ellebori, hæc omnia minutissime pulverizentur; et, ablutione facta loci ubi est cancer vel fistula cum urina vel aceto fortissimo, ubi sit decoctus hyssopus et centaurea, prædictus pulvis super aspergatur. Item ad curandum cancrum: Recipe savinam et rutam, et tere bene cum axungia porci veteri, et ponas super cancrum donec corrodat et locus cancri albescat; deinde permuta medicamen, videlicet ponendo solum pulverem savinæ ad consolidandum. Item ad idem: Recipe sulphur et resinam pini æqualiter, quæ simul misce, et postmodum de ipso fac cæreum, et eum accende et fac deguttare in cancro; et caveas ne in alio loco cadat. Vel aliter: Recipe aluminis, sulphuris et tartari æqualiter, quæ simul misce, et fac cæreum, et accende eum, et faciens, ut supradixi, deguttare in cancro, cave ne in alio loco cadat.

sia consumatu. Ancora se lu cancru abenisse na massella, voi in carne plena, ove nervi, voi muscoli non sia denturnu: pe mezu in due locura cocase c' unu ferru callu, e la coctura se unga de' mele fine che lu coru ne caia per sene. Et guardase da onne humiditate de acqua, et lu sangue tragase da diversa parte delu collu. Alcuna volta abene che per lu humore melanconico supre habundante le gingelie sone subnigre et sanguilente cu' unu pruritu, et recipe pocu mangiare, et per la oppresione et per la habundantia deli pravi humuri le plaghe non pone resollare. Ma perzò ch' è la postema de questu modu, quella carne subnigra se sterpe dala radicina, et l' ossu dela guancia se rada; e non te dubitare de fare questu, ca l' animale de questu modu, sone de dura sustantia et pone troppu bene sostenere la crudeletate delu tagliu; forsia lu cancru non fosse illocura intricate, voi in locu nervosu, voi in del' ungia, ove ene da temere delu tagliare, acciò che le vene non ce se corrunpa et li nervi non ce aia lisione. L' altru vale contra onne flstula: Recipe de verderame, et de arsenicu, et de persicaria trita, et de vitriolu et de nitru, et dell' unu et dell' altru gieblu, et de tucte queste cose fane pulve. E lavatu lu locu ove ene lu cancru, voi la fistula cola urina, voi col' acetu fortissimu, uve sia coctu lu ysopu e la centaurea, e la decta pulve ce se iepete. Ancora a curare lu cancru: agi la savina et la ruta, pistala bene cola assongia porcina vecchia, et puila supra lu cancru fine che lu curruda et lu locu de cancru sblanchisca. E de lenne gle muta lu medecamentu, cioene ponendu su la polve dela savina a consolidare. L' altru: agi lu solfu et la rasia delu vinu ugualemente, le quale mesteca insenmura; et de quelle fane una candela et aprindila et falla goctecare in

Cap. CLXXII. — De fistula.

Accidit equis aliquando ex antiquo vulnere non curato, aut ex cancro non curato, quidam morbus, qui dicitur Fistula; qui morbus facit vulnus profundum cum stricto foramine, rodens et fodiens carnes usque ad ossa, contingens ex malis humoribus ad locum vulneris confluentibus; nam ad quodlibet vulnus, si non curetur ut decet, fit confluxus malorum humorum, unde, si vulnus antiquatur et non curetur, fit ibi fistula, quia natura expellit ibi humores noxios, cum via eis exinde præparetur. Cura. Impleatur vulnus fistulæ ex pulvere supra dicto in Capitulo proximo, videlicet asphodelorum et aliis, quæ ibi apponuntur, hoc addito quod pulvis arsenici ponatur æquali pondere cum calce viva, ut sic hic pulvis sit violentior supradicto. Item ad idem, adhuc violentior pulvis ad fistulam sanandam: Recipe calcem vivam et arsenicum æqualiter, et simul tere et pulveriza, postea cum succo allii, cæpe et ebuli, æqualiter sumptis, insimul agitentur et misceantur; deinde cum melle liquido et aceto, sumptis ad mensuram dictorum succorum, tamdiu bulliant donec fiat exinde unguentum, cum spatula sæpius dum bullierint agitando. De tali autem unguento bis in die vulnus fistulæ impleatur, eo prius abluto aceto fortissimo; et, si expedierit, repleto vulnere supradicto ex iam dicto unguento, ligetur decenter, ut unguentum exinde non possit exire. Item ad idem: Recipe succum maliterræ, hoc est succum radicis cyclaminis, et tantundem olei olivarum, parum aceti et parum salis triti, hæc omnia commisce et in vulnus fistulæ pone donec fistula sanetur. Item ad idem: Recipe

delu cancru, e guarda che non caia in altru locu. Voi in altru modu: Recipe de alume et de solfu et de rasia ugualemente, et mestecate fane la candela, et falla goctecare supra lu cancru.

Cap. CLXXII. — Dela fistula.

Abene ali cavalli alcuna feata per antiquìta plaga non curata, voi per cancru non curatu,... lu quale se dice fistula. La quale infermetate fane plaga profunda c' unu strectu forame, manecante et cavante la carne usque all' ossu. Abengente per male humuri currente alu locu dela plaga. Ca a cescasuna plaga, se non cura, como se convene, cuncurrece mali humuri; unne se la plaga ene antica et non se cura, facese la fistula, ca la natura scaccia lenne li humuri nocivele, concesia cosa che la via de scirnne de lenne gle se acconce. La cura: inplase la plaga dela fistula dela pulve dela affodille, dela quale ene dectu in delu proximu capitulu delu cancru, et simigliantemente dell' altre cose le quale sone scripte locu, agiontoce questu che delu arsenicu se mecta uguale cola calce viva, ché questa pulve sia plu violente, che la pulve decta. L' altru: un' altra pulve plu violente, che questa, a sanare la fistula: Accipe la calce viva, et lu arsenicu ugualemente, et tritale insenmura et mestecale colo succu dell' alio et dela cepolla et deli gebli ugualemente, et de lenne bulla culu mele liquidu et coll' acetu, receputi ala mesura dele dicte sucura, tantu chesse faccia unguentu, et mentra bulla se demene cola spatula. E de questu unguentu inplene la plaga dela fistula doe volte in die, et in primu se lave la plaga de acetu furtissimu, essece ene misteru, poi ch' ene plena

auripigmentum, calcem vivam et viride æris æquali pondere terantur et agitentur ad invicem cum sufficienti succo pyretri, atramentum miscendo ibidem, quæ omnia ponantur in melle liquido et aceto fortissimo æqualiter sumptis, et insimul omnia decoquantur, eadem agitando, deinde fiant exinde sicut magdaleones, et quotidie, abluto prius vulnere fistulæ cum aceto fortissimo, bis in die vulnus fistulæ repleatur. Item ad idem violentius et acrius omnibus aliis supradictis: Resalgar bene tritum cum salvia et hominis urina agitatum mittatur in fistulam moderate. Signum mortificationis eius est, quando vulnus fistulæ circumquaque tumescit et interius rubet. Mortificata autem fistula, curetur vulnus sicut de aliis vulneribus est expressum. Si vero fistula extiterit in locis carnosis, curetur ut in cura cancri superius continetur. Item, ad fistulam et cancrum si profundi fuerint: Fiat stupiginum, seu stuellus, de cyclamine, et, ex sapone iudaico inunctum, intromittatur, et sic ampliabitur vulnus et mundificabitur ita quod profundum eius videre poteris, et eam cum pulvere facto ex arsenico, viride æris, persicaria, vitriolo, nitro et utroque elleboro, ut supra in capitulo proximo circa finem continetur, poteris extinguere. Et nota quod nullus cancer aut fistula poterit curari nisi medicina pervenerit usque ad fundum. Item scias quod vulnus fistulæ cum flammula vehementer elargatur. Postquam autem cancer vel fistula mortificatus vel mortificata fuerit, facias unguentum ad consolidandum cum nitro et vitro simul tritis, et superponatur. Item nota, quod unguentum ruptorium fortissime perimit et occidit fistulam, sive cancrum. Signa mortificationis cancri vel fistulæ sunt quando sanies, vel putredo, primo incipit exire clara, postea incipit inspissari.

